

Dete modo empera el texto la nuestra polémica!

01.1

Hec est disputatio facta inter Iagnetum Contardum mercatorem januensem et quosdam sapientissimos judeos et doctores in synagogis judeorum que fuit facta Maiolice (sic), Anno Domini M. CC. LXXXVI. Et inccepta fuit in festo Apostolorum Philippi et Iacobi ^{vobiscum} ~~usque~~ primo die madii.

Contigit quod quidam judeus qui publice vocabatur Rabbi qui et ipse magister erat judeorum, venisset ad logiam januensium et diceret: "bene vobis christianis, est quod in festivitibus vestris potestis facere quecumque vultis et placet vobis. Nos, autem, iudei, non audemus aliquid facere observantes mandata legis Moysi que vos christiani frangitis et maxime in ~~caribus~~ cibariis vestris quia contra legem comeditis carnes porcinas et alias carnes que comedendi in lege Domini prohibite sunt". Cui per aliquos januenses responsum fuit: "O Rabbi, tu venis huc et loqueris de lege tua ^{quoniam} qua vides quod Iagnetus non est hic. Sed si esset presens hys verbis non ausus esses, quoniam vidimus aliquando te loqui secum et non potuisti contradicere neque resistere ei". Judeus dicens ^{respondit: Per Deum} ~~rationem~~

~~predictum~~: "Iagnetus secundum mercatorem sapit, non autem scit aliquid de lege". Et cum hec simul loqueretur ecce predictus Iagnetus venit ad logiam et vocatus fuit ab aliis mercatoribus statim et dixerunt ei, ^{Per Deum} ~~predicto~~

fol. lv.

Iagnetus accessit ubi dictus judeus erat / (Fol. lv.) loquens cum illo et dixit ei: "O Rabbi, quid tardas ad accipiendum baptismum, ecce nunc hesitas, et bonum est ut baptisetis et salvabitur anima tua". Judeus dixit: "Quomodo posset salvari anima mea, ymo perderetur, non ne vos, christiani, contra legem itis in comestionibus vestris qui comeditis carnes porcinas, aves et pisces usque ^{ex} (hys de quibus manducare in lege prohibitum est. Bestie que non ruminant et que non fissas ungulas habent, aves que distortas unguas habent et pisces sine squamis de hys omnibus vobis manducare concessum esse et in eo esse contra legem factam a deo, Moysi dictam. Ait Iagnetus: "O Rabbi, nonne alias dixi tibi: tu ruminare mescis? et ideo de ~~ix~~ hys omnibus manducare non audes?. Ego autem bene ruminare scio et ideo de hys omnibus manduco et manducare licitum est michi sine aliqua contradictione legis; sed vos, iudei, qui in obscuritate legis perseveratis

intelligentes legem et precepta legis. Ideo de hys omnibus non vobis concessum esse ut manducetis. Unde, o Rabbi; responde et dic michi si hoc preceptum spiritualiter debet intelligi aut temporaliter? - Ait judeus: "Ita esse, sed non in istis, ^{(1) quoniam} hoc apertum est et aperte preceptum est: carnes porcinas non comedetis neque leporum, nec aliarum omnium bestiarum que non ruminant ⁽²⁾ aut que non fissas ungulas habent; similiter de omnibus aliis que vivunt de rapina sicut aquile, falconi, ancipitres et alie consimiles eorum et de piscibus sine squamis similiter" / (Fol.2) Iagnetus respondit: "Dic michi, o Rabbi, nonne Deus creavit omnia homini ad usum et utilitatem hominis, et dixit ^{(3) quoniam} homini quoniam subiecta sint tibi accipe et comede quod vis, de fructu, vero, arboris ^{sciencie} ~~vetite~~ non comedas". - Iest ita? - dixit Iagnetus. Respondit judeus: "Ita est". Dixit Iagnetus: "Si ita est et Deus aliquid primo homini non prohibuit preterquam de fructu arboris sciencie boni et mali, ergo de omnibus licitum est univuique comedere quoniam Deus omnia creavit ad utilitatem hominis. Sed, sicut dixi tibi, tu preceptum non intelligis et ideo hec dicis, unde scire a te volo, o judee, si hoc preceptum cum ^{nulla} ~~verum~~ ^{verum} condicione datum fuit aut sub condicione et si quis contra hoc preceptum vadit damnatur an non?. Et si aliquis judeorum infirmaretur et liberari posset manducando carnes porcinas vel de aliis prohibitis, si daretur eadem infirmo an non?.". Judeus dixit: "Pro infirmo habeatis quod si pro necessitate accideret darentur ei; et dico tibi quod maius peccatum est mentiri quam de hys manducare, nec perditus est qui de hys comedit neque damnatus". Iagnetus respondit: "Si non est damnatus qui comedit, ergo licitum est cuilibet sine contradicciones legis manducare. Et ideo indubitanter intelligi debet hoc preceptum spiritualiter sicut dixi tibi; et ego qui criminare bene scio dabo tibi ad intelligendum hoc preceptum, si tu aures cordis tui aperire volueris et a duricia cor tuum remove et veritati concedere volueris que sicut hec verba". Judeus ait: "Quid prosunt tua verba nobis?". Iagnetus dixit: "Dicam tibi et contradicere non // (Fol.2 v.) poteris. Dic michi, o Rabbi, nonne scriptum est quod omnes arbores simul se congregaverunt et de ficulnea regem fecerunt et hoc in Abimelech regem acceptum fuit". - "Ita est" ait judeus. Respondit Iagnetus: "Si ergo in corruptibilibus et signis insensibilibus et que non loquuntur neque intellectum aliquem habent hoc intelligitur, quanto magis in bestiis, avibus et piscibus que vivunt et sentiunt et crescunt et secundum naturam

(1) Entre lineas: sulict, mandatis de carnibus (2) Entre lineas: sulict sine aliquo sensu spirit in hoc parte intelligendo (3) Cf. Levit. 11,7 y sigs.

(1) Et ms. dice: vetite

PFS/P NA

eorum intelligunt, comedunt et bibunt. (Hoc) preceptum spiritualiter intelligi. Hoc utem nullo modo negare potestis unde te scire oportet quod preceptum illud non temporaliter sed spiritualiter debet intelligi: verbi gratia tu scis, o judee, quod lingua tua hebrayca ⁽¹⁾ ~~eriminare~~ pro discernere intelligitur, et scis quoniam bestie ille comedunt, ruminant^{unt} et ~~eriminare~~ discernere debet intelligi, quia secundum suam naturam discernunt^{unt} et de hoc quod comedunt quod bonum est retinent, unde vivunt ^{et} crescunt et quod putridum est per scressum emittunt. Ad hoc intelligendum est quoniam homines qui bene discernunt ita bonum a malo debet discernere et quod bonum est debet retinere, et quod malum est quasi vile et respuendum abicere. Fissas ungulas similiter^{te} habere deberent et bonum a malo ita segregari quod malum bono nunquam possit apropinquare. Similiter eciam de piscibus debet intelligi quia in ipsis nichil compertum invenitur et ad hoc ⁽¹⁾ in lege prohibitum comedere fuit ut peccatum tuum abhominabile est quod in te aliquod boni operis non invenitur de avibus vero quod distortas ungues habent retro,

l. 3

Intelligendi sunt homines qui de / (Fol. 3) rapina vivunt quorum vita est evitanda quia nemo vivere debet nisi de proprio iure suo sive de operibus manuum suarum testante propheta David et dicente: "labores manuum tuarum qui manducavis beatus es et bene tibi erit!" Scis, o Rabbi, quod bestiarum alie sunt que fissas ungulas habent et non ruminant sicut sunt porci (homines eis assimilia) ⁽³⁾ qui bene cognoscunt bonum a malo et dimittentes bonum sequuntur malum sicut sunt homines qui toti dati sunt carnalibus deliciis huius vite adulteriis, invidiis, vanis loquiis et aliis miseriis. Et hi fissas ungulas habent quia cognoscunt bonum a malo sed non discernunt ⁽⁴⁾ (scilicet abstinendo a malo) propter fragilitatem eorum et propter avariciam huius seculi. Alie bestie que ruminant sed non habent fissas ungulas sicut sunt lepores et cunilii et harum bestiarum natura est habitare in cavernis terrarum has bestie significant homines sive doctores qui vitam suam ducunt solitariam et in cavernis habitant. Sic (tales) ¹ sunt hodie aliqui saraceni et alii multi ad hodiernum diem qui non pro Deo faciunt qui Deum (saraceni) ⁽²⁾ verum sic redemptorem ~~(scilicet operibus eorum)~~ ^{Deo} eorum non cognoscunt eciam illi qui ad hodiernum diem non pro ~~Deo~~ faciunt (id est bene operant) sed pro humana laude, hi tales licet discernant bonum a malo et sequantur bonum tamen non cognoscunt veritatem et amittunt gaudia paradisi. Alie bestie sunt que nec ruminant neque fissas ungulas habent sicut sunt leones pardi, lupi, vulpes et multe alie harum

(1) entre lineas (2) entre lineas (3) entre lineas (4) entre lineas
 (1) entre lineas (2) entre lineas

1.3 v. / (Fol.3 v.) consimiles, et iste significant homines rapaces, latrones, homicidas qui nec Deum timent nec mundum. Sic et vos judei qui omnes vivitis de usura et rapinis et fraudulentis verbis, Deum verum et Redemptorem vestrum Messiam non cognoscentes nec sacris dictis prophetarum ^{judei} adhibentes propter duriciam cordis vestri et ideo maledicti estis vivitis in servitute et in obprobrio et omnes nationes vos vilipendunt et captivos vos tenent et sic eritis usque ad consumacionem seculi.

Iudeus dixit: "Nunc video et apte cognosco quod tu nescis quid dicas et loqueris in demencia contra te ipsum quia bene scitis quod nos judei genus electum sumus et prophetas ac patriarchas nobis dedit Deus et nobis locutus fuit Deus. Nonne omnes prophete iudei fuerunt?. Sed tu, qui credis esse quod non es, ^{de}rende michi. Audi dicta prophetarum, audi Gheriam dicentem capitulo XXXII^o: "Letabor super eis cum eis bene fecero et plantabo eis in terra ista in veritate in toto corde meo cum tota anima mea quia hoc dicit Dominus: sicut adduxi super populum ~~istum~~ istum omnem malum hoc grande sic adducam super eos omnem bonum quod ego loquar ad eos. Et possidebuntur agri in terra ista de qua vos ~~dixistis~~ dicitis quod deserta sit; eo quod non remanserit homo et iumentum.". Audi Ezchielem dicentem; capitulo XXXIII^o: Visitabo oves meas, liberabo eas de omnibus locis in quibus disperse fuerunt in die nubis et caliginis et educam eos de populis, congregabo eas de terris / (Fol.4) et educam eas in terram ^{israel} ~~israel~~ et pescam eas in montibus Israel. (2)

Ignetus respondit: "O Rabbi, tu te ipsum decipis non intelligendo dicta predictorum prophetarum ea que scripta sunt in Sacris Scripturis, vide quod sequitur in Jeremia quia non de ista captivitate locutus fuit propheta Jeremias, sed de illis Nabuchodonosor et ideo iste Jeremias dicet capitulo XXXII^o quod non remanserit homo et iumentum et ^{data} ~~data~~ in manu caldeorum unde vide si aperte propheta (scilicet per ista verba) monstrat de captivitate illa et non de ista in qua modo estis. Sed miror quomodo hoc opponere potuistis; dic michi, o judee, Nonne Jeremias et Ezechiel fuerunt in tempore captivitatis Nabuchodonosor et omnes prophete locuti fuerunt de illa restauracione quando Esdras et Ananias, accepta gracia a ^{Cyrus} ~~Cyrus~~ rege persarum, redificaverunt Civitatem Sanctam ~~tem~~ [et] Templum?.

Responde michi, [ait judeus; ita fuit, [dixit, in metus ostende ergo prophetam qui post illud tempus videlicet post redificacionem Ierusalem

(2) cf. Ezechiel, 34

(3) Entelineas

RESIN MA

(discente ubi la restauracione de Jerusalem).

loquatur de ista seu aliqua alia restauracione hoc sine dubio ostendere non poteris"

"Et vide, o iudei, de fonte illo qui nasci debuit in Ierusalem in tempore Messie ad restauracionem humani generis ille fons non fuit alius nisi Jesus Christus qui est fons vivus sperantibus et credentibus in se quoniam tu scis, Rabbi, quod in Ierusalem aliquis fons vivus non est, nec unquam fuit, nisi Probaticea piscina.

1.4v.

Ad hoc Judeus respondit: - "Si poteris michi monstrare quod fons aliquis debeat oriri in Ierusalem per aliquem prophetam, ego me victum vocor et christianus efficiar et / (Fol.4 v.) baptizabor.

Ignetus dixit: Hoc aperte monstrabo, et dico tibi plus, quod si tu poteris michi monstrare quod Ierusalem debeat rehedificari per judeos, ego efficiar judeus et circumcidar".

Dixit judeus: - "Quis inter me et te erit iudex?"

Respondit Ignetus: "Est in terra ista aliquis sapiens magister iudeorum?".

Dixit judeus: Est unus sapientior magister quam habeamus in tota Catalonia vel eciam in Yspaniam et est aragonensis valde bonus et sapiens. (2)

Dixit Ignetus: "Ipsum volo habere in iudicem inter te et me.

"Placet michi" dixit judeus "Sed tu attendes hoc quod dicis quia causam invenis propter istos. (aufugiendi "qui sunt hic tecum")

Dixit Ignetus: Tu esto paratus ad attendendum quod promittis. Quoniam quod dixi servabo, Et vade primo tu qui nosis eum, quia ego non novi neque unquam ipsum vidi.

Et sic surgendo venerunt ad domum cuiusdam sapientissimi iudei qui vocabatur Mosse David, eo quod erat de stirpe David regis, et invento ipso in domo sua dixit judeus magistro suo: Domine, ecce ego et iste dominus insimul, insimul conflictum habuimus. Et dicit ipse quod si nos ei poterimus monstrare quod Ierusalem debeat rehedificari per nos quod faciet se iudeum et circucisionem accipiet.

Dixit magister iudeorum: - Hoc ei non consulo quoniam mortuus esset nec hoc facere auderet ^{timore} ~~nominare~~ mortis. (per christianos)

Dixit Ignetus: "Non curatis de morte mea, quoniam dico vobis in certa veritate et in fide bona quod si michi monstrare poteritis Messiam non venisse, judeus ero, et si mille vitas haberem omnes perderem ^{no} per salvandos

(2) É alude a un Moni David, del cual se habla más adelante
3-3. entre líneas

PFSIN MA

1.5

animam meam quia aliud non quero // (Fol.5) nisi viam veritatis.

Magister judeorum dixit: "Dicere noli hoc quoniam propter verba hec nec tu iudeus eris nec nos christiani, sed aperte monstrabo tibi. Audi Jeremiam prophetam dicentem capitulo XXXII^o in loco ubi loquitur de restitutione Ierusalem quod possidebuntur agri in terra illa. (1)

Dixit ei alius judeus: "Hoc enim iam dixi.

"Et quid respondit?" ait Magister.

Dixit judeus: "Quod Jeremias fuit ante tempus destructionis Nabuchodonosor^{is}.

Respondit Ignetus: Ita dico et affirmo, quoniam in captivitate illa prophetauit Jeremias et Ezechiel simul et Daniel in captivitate ductus fuit et Ysaïas. unde non vos decipiat incredulitas vestra, sed aperite corda et intelligite dicta prophetarum quoniam in hoc vobis contradicere volo.

Dixit magister judeorum: Audi quid dicam et si bene et aperte tibi monstrabo quod queris. Zacharias ipse fuit propheta ultimus et post Zachariam prophetam non habuimus nos alium prophetam. Et ipse Zacharias dixit capitulo XVIII^o "reversus sum ad Syon et habitabo in medio tui Ierusalem et vocabitur Ierusalem civitas veritatis et mons Domini exercituum, mons Domini sanctificatus, hec dicit Dominus exercituum. Ad huc habitabit senes et anus in plateis Ierusalem et viri baculis in manibus eius per multitudine et platee civitatis complebuntur infantibus et puellis ludentibus in plateis eius, Hec dicit Dominus exercituum. Si difficile videbitur in oculis reliquorum populi huius in diebus illis numquid in oculis meis difficile erit? Hec dicit Dominus exercituum: ecce ego salvabo (Fol.5v.) populum meum de terra orientis

1.5v.

et de terra occasus solis, et adducam eos

et habitabunt in medio Ierusalem et erunt michi in populum et ego ero ei in Deum in veritate et in iusticia. Hec dicit Dominus exercituum. Tu, christiane, in hoc quid dicis? Nonne bene hoc captum est et nemo contradicere

potest sermonibus istis videtur tibi si adhuc debeat rehedificari civitas Ierusalem sancta, noli, noli hoc dicere sed magis tace quia sensus est ignorantia tacere certe non ~~adversus~~ ^{apertus} possent dici nec melius quomodo dixi.

(1) El ms. provenia del capitulo dice XVIII

(1) Este capitulo de Jeremias es una promesa de rescate a Jerusalén a Judá, pronunciada durante los estrechos del rey Nabucodonosor a la Ciudad Santa

Respondit Ighnetus: Magister tu bene dicere credis et sine dubio bene dixisti in hoc quod dixisti: Sensus est ignoranti tacere quoniam tu ignoras veritatem et ideo tam audacter (sic) locutus fuisti, et non videtur tibi quod verbis tuis possit contradicere. Sed dic michi: ^{pro} quod quale te habebis cum ego contrarium de hoc quod dicis monstrabo tibi. Et tu ipse contra te iudicabis et de ore tuo tibi contradices .

-Dixit Magister: Hoc esse non posset; et iudex id simile dixit.

Fol.6

Ighnetus respondit: Videamus, O iudei; et tacete et auscultate me sicut ego pacienter auscultavi vos, et ne in risum ponatis. Dicit michi per Deum si iste propheta Zacharias prophetavit post restauracionem Ierusalem an antea non dubito quod antea et eciam fuit in temporibus Ananie et Esdre ut patet in primo libro Esdre, capitulo V^o et si vos bene legissetis que secuntur forsitan tacuissetis et non essetis in tanto exaltati in verbis vestris quomodo vos exaltavistis, sed qui ^{se} exaltat humiliabitur et sic vos statim facietis quia idem / (Fol.6) Zacharias multum loquitur. Sed abbreviandum sermonem unum tamen punctum dicam: Hoc dicit Dominus exercituum: sicut cogitavi ut affligerem vos capitulo VIII^o Cum ad iracundiam me provocassent patres vestri. dicit Dominus, et non sum misertus. Sic conversum cogitant in diebus istis ut bene faciam Ierusalem et domui juda unum, o iudei, notate verbum si prophetarum de presenti locutus fuit et non de futuro et ideo dixit in diebus istis quia sicut vobis dixi presens erat et in hoc aliquid contradicere non potestis. Sed vos sicut ceci quod estis locuimini quoniam incredulitas vestra vos cecat et tollit mentem et peccata vestra magna faciunt vos loqui demencia.

Dixit Magister judeorum: Esto curialis in verbis tuis et noli loqui t tu de peccatis nostris quia peccata nostra non nocebunt tibi et forsitan qui iustum se tenet peccator est .

Respondit Ighnetus: Ego curialiter loquor et dicere bene possum in hoc quod dico, quia bene est peccatum ^{quando} ~~quod~~ ignorans, scientem veritatem ignorantem appellat et ideo non eatis per fraseas. Sed respondete michi si ita est ut dixi.

Judei dixerunt: -Pro firmo est quod Zacharias tunc temporis fuit.

Respondit Ighnetus: Si fuit tunc et de presenti locutus fuit indu-

(1) Zacariaj 14-15

bitanter cognoscere te scire debetis quod de restauracione illa locutus fuit et inuenietis in primo libro Hesdre^{ph} cap^o V^o quod in tempore illo profetavit Zacharias de restauracione illa Ierusalem.

Ad hoc iudei tacuerunt et nichil amplius super hoc dixerunt. Dixerunt ~~namque~~ iudei: Nos loqui eramus de Zacharia.⁽¹⁾

Et dixit Magister: Zacharias dicit cap^o XIII^o quod in die illa erit fons vivus in Ierusalem et quod / (Fol. 6v.) amplius nemo profetavit. Et si quis profetaret diceretur; ea morte morieris et non vives.⁽²⁾

Et conversus Iagnetus versus Rabbi dixit ei: O Rabbi; Audi magistrum tuum, attende quod promisisti, videtur tibi si profeta loquitur de fonte de quo tibi in logia locutus fui.

Respondit Iagnetus magistro et dixit: O Magister; tu sapiens es et non decet loqui nisi veritatem.

Dixit Iagnetus: ostende michi librorum prophetarum. Et dato libro, aperuit eum et cepit legere. Et dixit iudeis: Vos legitis quod vultis et quod non vultis dimittitis. Sed videamus quomodo dixit Profeta: Et ipse Magister iudeorum cepit legere; et dixit sicut primo dixerat. - Et dixit ei Iagnetus: Per hostium oportet intrare domum et non per fenestras et postquam non vultis vos legere et veritatem sequi, dicam ego et auscultate me diligenter, Zacharias in XIII^o cap^o. dicit; In die illa erit fons patens domui David et habitantibus Ierusalem in ablucione peccatoris et menstruate et erit in die illa dicit Dominus exercituum disperdam nomina Ydolorum de terra et non nominabuntur et non recordabuntur ultra et pseudo ~~et~~ prophetas⁽³⁾ et spiritum in mundum auferam de terra et erit cum profetaverit quispiam ultra dicent ei parentes eius qui genuerunt eum non vives quia mentibus est mendacium locutus es in nomine Domini et constringent eum pater eius et mater eius et genitores eius cum profetaverit, et erit in die illa confundentur prophete unusquisque ex visione sua cum profetaverit nec cooperientur pallio saccino ut menciuntur sed dicet non sum profeta homo agricola sum ego quoniam addam exemplum meum (Fol. 7) ab adolescencia mea et dicent ei; que sunt plaga iste in medio manuum tuarum? Et dicet; Hys plagas plagatus sum in medio eorum qui diligebant me Unde, o iudei, videre et cognoscere potestis si vultis concedere veritati de quo locutus fuit profeta. Quia vos scitis et certi estis quod Ierusalem fons vivus non est nec unquam fuit. Et ideo intelligendum est de Messia ^(id est) Iude Christo qui fuit verus fons credentibus in eum et est nunc vita omnibus in se sperantibus.

(1) cf. Zac. 13, 2. (2) Le signe la Vulgate

1.7
(1) Est locus: et non de libro

Et ideo dicit propheta ~~XXXXXXXXXXXX~~ in ablucione peccatoris et menstruate (1) quia verus fons est omnibus qui lavantur in eo ~~XXXXXX~~ videlicet accipientibus ~~sacrosanctum~~ ^{rum} baptismum quia vos scitis iudei quod mulieres non circumciantur et ideo necesse est et erat quod aliquid ratione esset unde humanum genus salvari posset tam femineum quam masculinum et nos cristiani baptismum accipimus in hoc exemplum accipimus ut salvemur et participes sumus ~~eterni~~ regni. Sicut ipse dominus ~~Yesus~~ ^{Jesus} Christus dixit qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit. Et in hoc sicut prius vobis dixi ille fons fuit Yhesus Christus qui salvat omnes sperantes et in se credentes sicut dicit propheta erit in ablucione peccatoris et menstruate (3) quia qui salvatur a sordibus purgatur et ideo dicitur Postquam lavata est fes nitida est et sic omnes qui accipiunt sacrum baptismum nitidi et purgati sunt a peccato originali. di

Fol. 7v.

Dixerunt Iudei de hoc quod dicit non sum propheta homo agricola sum ego et maledicent ei parentes eius. Qi quis prophetaverit isti sunt vestri fratres minores et predicatores et alii huius mundi qui (Fol. 7v.)

predicant et seducunt gentes et dicunt: Dominus dixit: Hec et hec et quonia fornicantur maliciose vivunt et rapiunt que possunt. ubi hoc invenitur quod pro maleficiis homo salvetur. [Ignetus: - Vos debetis scire et scitis o iudei? quod fratres minores et predicatores et alii boni viri qui predicant verbum Dei non dicunt se esse prophetas, ymo communiter se ponunt cum peccatoribus et peccatores se vocant et non prophetas et ideo omnes dicunt Deo: peccatores te rogamus, audi nos, et vere vobis dico quod si quis diceret Dominus locutus fuit michi teneretur a sapientibus et fidelibus, malus et stultus et in demencia sensus, et non crederetur de verbo de quo loquentur Dixerunt iudei: Quoniam hoc dicere potest? Nonne vos, christiani dicitis: - frater talis, et frater talis sanctus sunt et boni viri, eamus ad sermonem quia talis sanctus vir debet predicare et vide si bene dicis contra te ipsi qui dicis quod peccatores sunt et ab aliis tenet sancti.

Respondit Ignetus: Si vos, iudei, non intelligitis non culpor quia non dixi nec dico quod aliquis sanctus vir sive bonus sit peccator, sed dixi et dico quod non est tam iustus inter nos christianos qui se ipsum non vocet peccatorem, et maxime in confessione quam solo Deo reddunt et quantum frater sive presbiter vadit ad altare Dei pro celebrando missam primo suam confessionem dat Deo et fratri suo et dicit presbiter: Ego peccator, confiteror Deo et omnibus sanctis et tibi fratri peccata mea etc. et iam non dicit: ego

(1) *Entre lines; id est, masculini et femine.* (2) *4. Evangelio* (3) *1. Jac 13, 1*

Fol.8

propheta et hoc verum est, et dico vobis quod si aliquis gloriaretur se dicentem (Fol.8) ego sum propheta et sciretur a suo episcopo seu priore vel suo maiore quod graviter puniretur ille talis quod se prophetam diceret seu appellaret. Unde totum hoc quod dictum est per Prophetam bonum est et sanctum et quasi adimpletum debet intelligi ^{in hys} Iesus et in omnibus christianis qui quanto sunt maioris vite et honestatis tunc in se ipsis publice peccatores vocant id est propheta non sum homo agricola ego sum ⁽¹⁾ quia agricola deterius est officium omnibus et omnes cultores terrarum a ceteris rustici vocantur et sic facit iustus qui deteriores non potest se facere in verbis suis et in orationibus quando se vocare peccatorem coram Deo, et ipsi sic faciendo docent populos. Sic agricole colendo terram dant frumentum et cetera alimenta de quibus vivimus et que de terra colliguntur et hec est veritas. Vos autem, iudei, qui doctores estis et sapientes dicite michi et respondete non negantes veritatem de hoc quod Zacharias propheta dicit, cap^o XIII^o "Que sunt plage iste in medio manuum tuarum et ipse respondit hys plagis plagatus sum in medio eorum qui diligebant me"? Nonne totum hoc impletum fuit in Christo qui descendit de celo ut salvum faceret populum suum Israel et iudei scilicet pharisei et sacerdotes crucifixerunt eum et manus eius et pedes clavis perforaverunt et David XXI^o psalmo: "Foderunt manus meas et pedes meos et dinumeraverunt omnia ossa mea": Dehinc michi, quando David fuit sic vulneratus², vel sic Zacharias in manibus eius unquam plaga habuit? certe, non. Scilicet ipsi prophete tunc (Fol.8v.) in persona Messie in Iesu Christi loquebantur et totum adimpletum fuit in Christo et in hoc quoniam adimpletum ~~fuit~~ sit in Christo dicam vobis quia dicit Propheta: "Disperdam nomina ydolorum de terra quoniam ille fons erit". Nonne Christus et eius apostoli predicando paganos perduxerunt ad fidem et destruendo ydola ecclesias fabricabant. Sed nunc per totum orbem terrarum venerantur Deum celi et omnes viventes interra unum Deum colunt et adorant. Et bene sunt quidam qui cum cibo veneno miscunt sicut sunt saraceni qui dicunt: alla oa chibar makomet rossor alla ⁽²⁾ tamen bene confitentur unum Deum esse magnum et potentem; sed adducunt Maometo esse eorum prophetam et mentiantur quia non propheta sed seductor fuit et hoc, vos iudei, scitis dixerunt iudei: Nonne in India adhuc sunt qui faciunt et adorant ydola, quoniam ergo deleta sunt ydola de terra. ²

F.8v.

Respondit Ignatius: Bene audivi quod in India sunt quidam qui ydola habent ^{sed} scilicet presumo Deum celi cognoscunt et confitentur unum Deum magnum et omnipotentem et non adorant ydola quasi deum sicut tempore illo

(1) y. Jac. 13.15

(2)

Transcripción conovida del arabe: Al-lah Akbar Muhammad rasul Al-lah.

faciebatur quia sicut scitis quod pagani et ceteri alii tunc temporis ignorabant Deum celi venerabantur deum Iovem, Herculem, Apolinem, Dianam, Mercurium, ~~Perith~~⁽²⁾ baalim, et alia multa nomina deorum. Et etiam patres vestri ymolaverunt Baalim et dys alienis pro quo dati fuerunt in manum Nabuchodonosor sicut vos scitis et certi estis et propheta non dicit "disperdam omnia nomina ydolorum" sed "disperdam nomina ydolorum". Sed cum surrexerit Dominus per euntem terram tunc delebuntur omnia nomina ydolorum sicut etiam dicit Ysaias II^o cap^o. (Fol. 9) "In die illa proiciet homo ydola argenti ~~sixsimukshra~~ sui et simulachra auri sui que fecerat sibi ut adoraret etc....". (1)

Iudei dixerunt: David dicit: "Ego autem sum vermis et non homo" in illo psalmo quem tu dicis de passione quoniam ^{modo} ergo in Messia intelligitur quod sit vermis et non homo obprobrium homini et abiectio plebis hoc quod in se ipso dixit cum in tribulacione esset et non dixit de Messia quia ^{quando} venerit Messias ita dominabitur quod memo ei contradicere poterit.

Respondit Ignetus: Ego dico vobis quod proprie in Messia ^{id est} in Yesu Christo impletum fuit et in persona Messie dixit quando dixit: Ego sum vermis et non homo" dicatis michi ^{quando} ~~quomodo~~ concipitur homo nonne ex virili semine mulieris suscepto semine virili concipitur est ita verum? respondeatis michi vos magister qui physicus estis?

Respondit Iudeus: Ita est nec aliter esse posset.

Respondit Ignetus: Vermis non ex semine concipitur nisi tamen de terra quia ex habundancia humoris et aqua concipitur vermis. Ita Ihesus Cristus de terra conceptus fuit ex Spiritu Sancto, sine semine virili ^{id est} de Maria Virgine ^{unde} concepit, obumbrante Spiritu Sancto et Angelo nunciante et ita Dominus Ihesus Christus natus fuit in mundo sine patre carnali sicut vermis de sola terra oritur sine patre.

Iudei dixerunt: David dixit, cap^o XXI^o: "Longe a salute mea verba delictorum meorum, ^{quando} intelligitur in Messia? Peccavit Christus quem tu Deum facis? Deus non potest peccare, dic nobis si Deus potest omnia facere.

Respondit Ignetus: Omnia possibilis sunt apud Deum.

Dixerunt Iudei: Nescis quid dicas quia (Fol. 9v.) Deus non potest omnia facere.

Respondit Ignetus: Et que sunt que facere non potest?

Dixerunt Iudei: Non potest Deus peccare nec potest alium Deum preter se ipsum facere.

Respondit Ignetus: Ego dico quod omnia possibilis sunt apud Deum et Deus omnia facere potest. Sed dicatis michi si iustus peccat?

(1) cf. Th. 11, 20. Et est de la Vulgata (2) Entre lignes. Ipsi David

responderet nunquam fuit tam iustus qui non ~~peccasset~~ peccasset! Dixit Ignetus: et ego dico vobis quod iustus non potest peccare quia homo iustus si in peccato cadit non est plus iustus quia pro peccato amisit iusticiam ita Deus non est peccator et qui peccat discedit ab eo. Sicut spiritus maligni qui angeli creati fuerunt propter peccatum in abissum missi fuerunt.

Dixerunt Iudei: Ergo ^{quomodo} quando ergo intelligitur verba "delictorum meorum"?

Respondit Ignetus: Vos scitis quoniam ab inicio Deus creavit hominem et dixit: Faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram et in hoc loco cognoscere potestis quod Deus trinus est in personis quoniam dicit faciamus. Hic loquitur in plurali et dixit ad ymaginem et similitudinem nostram, videlicet ad ymaginem Patris et Spiritus Sancti, anima que spiritus est, ymago Dei, ad similitudinem vero Filii est caro quia sola persona Filii accepit carnem et similitudo Filii Dei vivi peccavit quia gula Adam peccavit comedens fructum vetitum et in hoc loco peccavit caro que est similitudo Filii Dei et propter istud peccatum Filius Dei accepit humanitatem nostram et passus fuit in cruce moriendo ut peccatum istud deleret et ianuam regni celorum aperuit credentibus in se. Et ideo Ysaïas propheta dixit cap^o LXIII^o ^{Ultimam} "Iudisumberes celos et venires ad liberandum nos" (1)

Fol.10

Dixerunt Iudei: Ysaïas (Fol.10) dicit cap^o VII^o: "Ecce in venicula

concipiet et pariet filium, quomodo vos, christiani, dicere potestis quod hoc intelligatur in Christo vestro et Propheta in Achaz testatur quoniam Achaz erat obsesus Arasim rege Sirie sicut in propheciam continetur et quando natus fuit filius recessit ab obsidione.

Ignetus respondit: O iudei, non est sicut vos dicitis, quia propheta cap^o VII non in venicula, sed alma dicit et alma in lingua vestra ebrayca virgo interpretatur, ~~est~~ est, ita dicit Ignetus.

Responderunt iudei: Ita est. - Dixit Ignetus: Quomodo dixit propheta quando ingressus fuit ad ~~Achaz~~ ^{Achaz} regem nonne dixit: pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni sive in ~~excelsum supra~~ excelsum supra. Et ille male atque superbe respondit: Neque petam neque temptabo Dominum. quid dixit propheta: Audite ergo Domine David, numquid parum est vobis molestos esse hominibus quia molesti estis et Deo meo? propter hoc Dabit Dominus ipse vobis signum et quod signum sive miraculum dabat Dominus vobis quia ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius: Emanuel quod interpretatur nobiscum Deus. Unde respondete michi, o iudei? si propheta dixit: pete signum in profundum inferni sive in excelsum supra.

(1) Is. 64. No sigue del todo a la Vulgata. Nótese la traducción de la palabra hebrea "alma" por "venicula".

Si veritatem non negabitis hoc quod dicitis quod in Acha² impletum fuit non fuit signum in profundum inferni neque in excelsum supra ymo fuit in terra et propheta non dixit / anque locutus fuit quod peteret signum in terra et similiter quod signum seu miraculum esset si uxor tua vel sua vel alicuius pareret; hoc non esset signum neque miraculum quia naturaliter mulieres (Fol.10v.) suscepto semine viri concipiunt et pariunt. Sed si virgo pariet sine semine hoc esset signum et miraculum magnum et ita dicit quoniam Virgo Maria concepit et peperit Filium que virgo erat et sine semine concepit quia per os angeli concepit de Spiritu Sancto et quod hoc sit verum audite Moysen libro, Levitic², cap^o XII^o in precepto quod dedit ut mulieres que suscepto semine masculum parerentⁿ per xl dies eas inmundas esse precepit. Tu ergo preceptum istud cum conductione posuit quoniam dixit mulieres que suscepto semine quia sciebat Virginem sine semine parituram. Et ideo non fuit ausus dicere de omnibus mulieribus nisi de illis tamen que suscepto semine masculum parerent quare hoc apertum est quod in inbeata Maria impleta fuit illa propheta et eciam alibi idem Ysaia hoc affirmat dicens, cap^o. XLV^o Rorate celi de super et nubes pluant iustum aperiatur terra et germinet Salvatorem suum et iusticia oriatur simul ego, dominus, creavi eum, Vos bene scitis quod naturaliter terra germinat et portat vinum frumentum, oleum, fructus, erbam, et alia sibi naturalia. Homines vero non germinant neque portant, neque unquam portaverunt nec iam portabunt et ideo intelligitur spiritualiter in Maria Virgine quia omnis caro terra est et nemo unquam terra fuit neque iam erit qui possit vocari salvator nisi Dominus Ihesus Christus solus qui fuit et est verus Deus et Salvator mundi.

Dixerunt iudei: Ubi hoc invenisti quod messias sit Deus?— [Respondit Ignetus: Audite Ysaia dicentem, cap^o VIII^o: Parvulus enim natus est nobis et Filius datus est nobis (Fol.11) et factus est principatus super humerum eius et vocabitur nomine eius admirabilis consiliarius Deus Fortis et princeps pacis, pater futuri seculi multiplicabitur eius imperium et pacis eius non erit finis super solium David et super regnum eius sedebit ut confirmet illud et corroboret in iudicio et iusticia a modo et usque in sempiternum videtur vobis, o iudei, si messias a propheta vocatur Deus. Dixerunt iudei: Non dicit Deus sed Dominus, et nos debemus credi et non vos quia a nobis habuistis scripturas, sed vos decepti estis quia scribitis sicut vultis et non secundum veritatem. — [Respondit Ignetus: Miror de vobis quomodo ausi estis hoc dicere seu loqui. Nonne Dominus Deus est? Et quis

Dominus nisi solus Deus? et quis est Pater futuri seculi nisi Deus?
Et admirabilis consiliarius princeps pacis nisi solus Deus? In homine nunquam fuit nec iam erit talis virtus nec esse posset et hoc negare non potestis. Iterum Abacuch propheta et in fine tercii capituli: "Ego autem in Domino gaudebo et exultabo in Deo, Ihesu meo". (1)

Dixerunt iudei: Nonne in tempore Messie conalebunt gladios suos in vomeres et lanceas suas in falces et non levabit gens contra gentem gladium, et ecce nunc quomodo totus mundus est in guerra et ~~spiritualiter~~ ^{specialiter} terra tua de Janua cum pisanis et pene omnes reges et principes terrarum guerram habent in simul, et ecclesia romana et non credimus quod tu scias inter christianos terram seu provinciam que pacem habeat quomodo erga venit Messias quem tu dicis venisse et facis de Christo tuo Messiam.

llv.

Ignetus respondit: Inter bonos et iustos semper est pax. (Fol. llv.) et inter iniquos et invidos est guerra et si vos bene intelligissetis ea que prophete dixerunt profirmit non opponeretis michi hoc quod apposulistis et ideo volo scire a vobis quantum debet regnare Messias?

Dixerunt Judei: Dicas tu quantum ipsum regnare credis .

Respondit Ignetus: In eternum; et regni eius non erit finis. Et ideo, o judei, si non est impletum implevitur et sicut dixi vobis: Si bene intelligetis prophetam ipse dixit, videlicet Ysaia cap^o II^o "in diebus novissimis erit preparatus mons domus Domini in vertice moncium et elevabitur super omnes colles et fluent ad eum omnes gentes, ibunt populi multi et dicent: venite ascendimus ad montem Domini et ad domum Dei Jacob et docebit nos vias suas et ambulabimus in semitis eius quia de Syon exhibit Lex et Verbum Domini de Ierusalem et indicabit gentes et arguet populos multos, et conflabunt gladios suos in vomeres et lanceas suas in falces non levabit gens contra gentem, gladium non exercebunt ultra ad prelium; domus Jacob venite et ambulemus in lumine Dei nostri quid vobis videtur, o judei, Et ecce Ysaia dicit cap^o IIII^o ^(et dicitur, propheta eodem tempore IIII) qui similiter loquitur dicit in novissimo dierum et similiter dicit quia populi unusquisque in nomine ^{domini} Dei nostri in eternum ⁽⁴⁾ et ultra certe hec omnia implebuntur in die iudicii. Et hoc aperte monstrat propheta Ysaia cap^o II^o in eo quod dicit: "Et iudicabit gentes" similiter dicit "et elevabitur Dominus solus in die illa et idola penitus conterentur et intrabunt in speluncas petrarum et in voragines terre a facie fortitudinis Domini et gloria maiestatis eius" (Fol. 12) cum surrexerit percutere terram in die illa; proiciet homo idola argenti sui et simulacra auri sui que fecerat sibi ut adoraret talpas et vespertiliones et

ol.12

(1) Siqua a Valpata, pero habria que hanseben: in deo, salvatoris nro. (4) Aug. 4^o

ingrederentur fissuras petrarum et cavernas saxorum a facie fortitudinis Domini et a gloria maiestatis eius cum surrexerit percutere terram! [Videtur vobis, o judei?, quod aperte demonstrat propheta die iudicii quia non semel sed bis dicit: cum surrexere Dominus percutere terram. Certe in die illa omnes cognoscent Filium Dei, Dominum meum Iesum Christum et ibunt iusti et christiani boni et fideles in nomine eius in eternum et ultra et ydolatrici et judei in nomine deorum suorum infra infernum. Et quod hoc verum sit quod superius vobis dixi Micheas propheta aperte declarat: De autem uno perpendo de vobis quia licet non confiteamini tacetis et quid tacet affirmat et scio et certus sum quod satis melius intelligitis quam ego nescio dicere vobis et inter vos vulgariter dicitur fiat solucio infra mensem unum et si solucio fit in ultimo die mensis non est ipsi alicuius reprehensio et sic est de Christo quoniam in tempore Christi omnia implebuntur et sine dubio sic intelligendum est et non est aliter.

Judei dixerunt: Micheas propheta dicit pap^o IIII^o in illo loco ubi loquitur de hys: Non sum et gens adversus gentem gladium et non dicent ultra debellare et ~~de~~debet vir sub~~ter~~bus vineam suam, et subtus ficum suum et non erit qui exterreat, tu, vero, hoc quomodo intelligis?

Respondit Ighetus: Sicut et vos quia scitis quod vinea vinum portat et vinum forcus est per omnibus surculis lignorum, ficus enim dulcior est omnibus fructibus; et hoc intelligitur (Fol. 12v.) in ~~in~~ iustis qui in regione beata erunt, quia in fortitudine et dulcedine stabunt quoniam nec patiebunt nec dolorem sentient quia dolor et tristitia ibi penitus locum non habent, neque aliqua alia contraria que saluti hominis sunt inimica, et quod ita debeat intelligi monstrabo vobis, quoniam quando arbores se congregaverunt in simul dixerunt ad ficulneam: Regna super nos, et ipsa dixit: Non regnabo, nolo dimittere dulcedinem meam. Et ad vitem dixerunt: Regna super nos; et ipsa dixit: Nolo dimittere vinum meum.

Dixerunt judei: Nonne Salomon appellavit mulierem meham in illo loco ubi loquitur, cap^o X^o Proverbiorum, de volatu aquie et semita serpentis ~~in~~ impetra et de via navis in pellago.

Respondit Ighetus: Si vos velletis me auscultare ego vobis dicerem de his que sunt et que est rei veritas. Sed scio et certus sum quod vos non potestis sufferre audiendi veritatem.

Dixerunt judei: Ita faciemus.

Dixit Ighetus: Ergo si audire vultis patienter dicam vobis, vos scitis quod diabolus amplam viam habebat tunc in mundo quoniam gentes Deum ignorabant et

ydola vana et multa manufacta faciebant; sed postquam veritas de terra orta est, ut in David legitur id est "postquam Mesias quod dicitur Christus de Maria Virgine natus fuit et iusticia in eo prospexit id est, semita in petram, id est Christus qui dicitur Messias convertit, qui pro firmitate petre interpretatur. Et ideo vestigia illa et semita in diabolo⁽¹⁾ concessa fuerunt permanere, ut homines veluti aurum in fornace probarentur ut illius amore et timore illa vestigia mala et semita dyaboli superaretur aut in illis malis operibus perscrutaretur (Fol. 13) . Vos vero scitis quod nemo est tam iustus quod a diabolo non temptetur, idcirco illi qui propter Deum opera dyaboli superaverunt in eterna beatitudine merito remunerabuntur. Illi vero qui vestigia ac semita dyaboli non vitare enque superare voluerunt in eterna dampnatione scilicet in inferno cruciebuntur, et ideo semita illa in petra dicitur remanere, ut boni et mali sicut vobis dixi, quasi aurum in fornace probarentur; de via vero navis si vultis audire, vobis exponam secundum meum intellectum.

Qui iudei dixerunt: Audiamus.

Dixit Ighetus: O; iudei;, vos scitis quando naues per mare vadunt nulla via ante apparet nec antecedit, et Deus eas ad portum salutis adducit. Hoc significat homines qui usque in finem in Dei servicio permanent et eius opera operantur et similiter nescientibus viam ad portum salvacionis, id est, ad vitam eternam, adducit. Et si vultis dicere de navibus que aliquando rumpuntur he sunt illi homines qui ad tempus credunt et in tempor temptationis recedunt, veluti illi qui in principio Dei servitio se committunt et post retro pergunt opera prava et perversa exercendo. Isti vero voluerunt permanere in pelago, donec tempestas recedere, quia post modum tempus congruum flaret quod ad portum salutis eos perduceret nec temptationes illas diabolicas superare voluerunt neque vitare. Sed ut abhominabiles in malis operibus et maliciis per se ^{verare} ~~intra~~ re et sic in periculum incurrunt et in inferno dampnantur; sicut naues ille naufragando ad saxa et ad terram perveniunt et rumpuntur. Et hoc est quod intelligitur de via navis et de volatu aquile et de muliere mecha (Fol. 13v.)

(1) Entre lineas, id est, idolatrias

.13v. vobis loquar.

Dixerunt iudei: Satis audivimus et multum delectat nos audire te et miramur unde hoc scis et nos facere habemus. Et dixit magister maior: ⁽¹⁾ Ego plures infirmos in curam habeo, et oportet me eos visitare quia medicus sum et scienciam habeo phisicalem.

Dixit Ighetus ei: Si medicus es corporum et animarum esto quia plus proficies infirmis cura animarum quam corporum. Et vos audistis quid est et certe veritatem melius me scitis. Et adventum Messie id est Jesu Christi cognoscitis et intellexistis. Et cavete vobis ne amor carnis et filiorum decipiarnini et ab infidelitate id est cupiditate mala accipiendi quia infidelis homo est qui injuste illud accipit et illa acquisita in dampnum anime vertuntur.

Dixit judeus:-Magister:Vesperum est, ita est veritas ut dixi vobis, quia medicus sum, et oportet me ire ad videndum infirmos et vos de terra ista modo recedere non debetis, et simul erimus omni die, quia in veritate de vobis dico quod multum gaudeo de hoc quod locutus ~~sum~~ fui vobiscum et quod vos cognosco et sic statuerunt inter se ut sequenti die dominica simul in aliquo loco essent, et ibi esset unusquisque ^{ipsorum} bonis armis munitus ut suam ~~p~~ possit fidem viriditer defensare, quo dicto surrexerunt.

Ut quia bonum est ad animum lectoris audire et intelligere de reliquis unde de volatu aquile et de muliere mecha voluit Ighetus predictus declarando exponere cuncta interrogata ut de his possit veritatem clare et aperte respondere. Primo de volatu aquile (Pol.14r) dicendum. Omnes scire debent quod volatus aquile in aere est levius aliarum avium et volans tam alcius volare dicitur quod radii solis eius alas in flammam accendunt. Aquile volatus bonos homines et fideles viros significat qui pro amore celestis patrie mundum dereliquerunt et omnia que habent et pauperibus erogant et in silvis et cavernis magnis habitant ut digne Deo servire possint, solitariam vitam ducunt et sic mentes istorum Dei servorum alcius mentibus aliorum volare dicuntur qui servicium Dei perfectius aliorum faciunt et sic merito aquile et ale dici possunt. Quoniam sicut aquila ut superius dictum est tam alcius dicitur evolare quod radii solis eius alas incendunt sic mentes istorum fidelium alteram vitam studiose et mundo corde ducunt et faciendo corda eorum gine Spiritus Sancti inflamentur.

Mulier vero illa mecha dicitur ecclesia que quippe congregacio fidelium nuncupatur veluti synagoga congregacio iudeorum appellatur quamquam diu in gentibus que Deum verum ignorabant et ydola vana ruta et surda adora

bant templum habebant ubi congregabantur in quo ydola sculpebant et pro Deo adorabant et donec congregatio illa in tanto errore permansit merito talis infidelium congregatio mecha dici potuit.⁽¹⁾ Sed postremo facta est congregatio fidelium et vera sponsa, eo quod accepit Christum in sponsum ut in Canticis Canticorum de eodem sponso et sponsa Salomonis clamando dicit: "Osculetur me osculo ori sui quia meliora sunt ubera tua vino, fragrantia unguentis optimis, et ~~mecha~~ ecce sponsa et filia etc.⁽²⁾ (Fol. 14v.)

F. 14v. postquam igitur ecclesia talem sponsum accepit merito non in totum prius peccasse, sed peccasse tanquam illa que stetit coniuncta alteri viro quoam proprio et vero et succubuit non tantum alteri viri sed pluribus et ideo duplex potest appellari quod fuit mecha: Primo in eo quod aliis viris et pluribus subhesit. 2^o quia subhesit ipsis quorum nullus erat verus vir eius dici potuit, ut propheta adimpleretur et postea mechationem quam prius fuerit sordidata ita purgata et derotata fuit.⁽³⁾

David Propheta de ea testatur dicens: Mirra et gutta et cassia a vestimentis tuis a domibus eburneis, tantum amicta varietatibus et ideo David subiungendo ait: Quia concupivit rex decorem tuum unde sicut omnis lector si dixerit et corde tenuerit que scripta sunt plene et aperte respondere poterit. Veniamus autem ad id quod fuit. Veniente autem die dominico iterum in simul fuerunt predictus Ignetus et predicti iudei cum pluribus aliis iudeis in domo cuiusdam magistri iudei, in qua multitudo magna librorum erat. Et dixit magister ~~Ignetus~~ Igneto. Vis tu opponere nobis an vis quod opponamus tibi. Ignetus repondit: Dicite quod vultis, et ego respondebo vobis.

Dixerunt iudei: Tu dicis Messiam venisse unde oportet te monstrare ipsum venisse, et discimus tibi quod de testamento nichil loquaris quia de eo nichil credimus quia si crederemus cristiani essemus. Unde per prophetias oportet te Messiam monstrare venisse quod iam facere non valebis.

.15 Respondit Ignetus: Ego Messiam venisse aperte monstrabo vobis et vobis probabo et non per unam (Fol. 15 r.) ex prophecias sed per omnes.

(1) Entelineas: scilicet, non habent verum meritum, sed habent merito

plures, quorum nullus erat Deus.

(2) Cant. 1.1

(3) Entelineas: scilicet, accepit postmodum recognitionem sponsum, scilicet Christi.

Dixerunt iudei tantummodo per unum proba ^{quoniam} ~~quam~~ si per unum probabis etiam per omnes probatum erit.

Respondit Ighetus: A quali ex prophetis vultis quod initium faciamus. Dixerunt iudei: Iam diximus tibi de quo vis loquere.

Ighetus dixit: Incipiendum est a primo videlicet de Ysaia et videmus quid dixerit Ysaias in visione sua prima et in principio sermonum suorum. ^a Etiam quid dixerit: dixerunt iudei. (1)

Respondit Ighetus: Vos dicatis qui tantos libros habetis accipite librorum Ysaie et legite.

Tunc iudei accepto libro Ysaie ceperunt legere et dicere: "Audite celi et auribus percipe terra Dominus locutus est filios enutrivit et exaltavit ipsi autem spreverunt me. Cognovit bos possessorem suum et asinus ~~per~~ presepe Domini sui Israel autem non me cognovit et populus meus non intellexit. Ve genti peccatrici populo gravi iniquitate semini nequam filiis sceleratis dereliquerunt Deum blasphemaverunt sactum alienati sunt retrorsum. (1)

Dixerunt iudei: Quid super hoc dicere vis?

Respondit Ighetus: Audite prophetam quia legentes non intelligitis, et multum miror si ita dure cervicis estis. Ego non video ^{modo} ~~quomodo~~ apercius unquam ^{um} ~~posset~~ dixisse de adventu Christi sive Messie ^{modo} ~~quomodo~~ iste dixit. Dixerunt iudei: Nobis non videtur ita apertum sicut dicitis quia hec verba nichil tangunt ad Messiam ymo locutus fuit ~~propheta~~ super peccatis et viis malis patrum nostrorum.

15v. Dixit Ighetus: Nonne dicit filios enutrivit et exaltavit ipsi autem spreverunt me: Hoc totum impletum fuit in Christo quem ~~dicentem~~ in synagogis et signa ac prodigia facientem (Fol. 15v.) magna spreverunt patres vestri, samaritani autem et publicani acceperunt eum et cognoverunt et ipsi eum cognoscentes in eum crediderunt ~~scilicet~~ ^{scilicet} patres vestri spreverunt eum et hoc totum factum fuit ut adimpleretur quod per David dicitur "et spreverunt me ydumei alienigene autem amici facti sunt".

Dixerunt iudei: Tu de Ysaia loquere et dimitte David quia si de David loqui vis nimis haberes ~~ad~~ faciendum quoniam in hoc dixit David: "Qua- ^{quando} ~~nam~~ persecutus fuit Saul Regem Ierusalem quod sui delinquerunt eum cum philisteis sicut scriptum est in Libro Regum de David.

Ighetus respondit: Ego dixi et dico quod David locutus fuit in persona Messie et non in sua et audite ^{quando} ~~quomodo~~ dixit et dederunt in escam meam fel et in siti mea potaverunt me aceto; ubi unquam invenistis quod David fuisset unquam potatus felle et aceto? Hoc nunquam fuit

(1) O sea aprobaron lo profeta por Ighetus

(2) Is. 1-4. (orig. a vulgata)

Christus autem sic; et alibi dicit David ^{ent} et ~~enim~~ homo pacis mee in quo speravi qui edebat panes meos magnificavit super me supplantacionem, ubi unquam traditus fuit David ad discipulo pace sicut Christus fuit vos debetis scire iudei quod iste Jesus est ille Jesus traditus a discipulo pace ut dicit David XL^o psalmo: "Super cuius vestem miserunt sortes" ⁽²⁾ ut dicit David psalmo XXI^o "Qui fuit inventus sine peccato" ut dicit Ysaïas, cap^o LIII^o "Qui ascendit in celum" secundum David Ps^o LXVII^o.

Dixerunt iudei: Non vadas per ambages^s; de quo incepimus loqui loquamur revertamur ad Ysaïam.

Respondit Ighetus: Placet michi. Scilicet ^{Sed} oportet ut testes testibus Fol. 16) adhibeantur et dicta eorum vera comprobentur et cum probata fuerint et vera ab hominibus cognita tunc poterunt ad fidem produci ideo dixerunt iudei: Sed vide quod Ysaïas dixit: "Terra vestra deserta et civitates vestre succense igni" hoc dixit de destructione Nabuchodonosor quam ipse fecit civitati sancte Ierusalem cum exercitu suo quem de Babilonia duxit.

Respondit Ighetus: Dicit michi, o iudei: si quis vellet ascendere in turrim magnam nonne oporteret primum per hostium castrum introire, et de castro hostium turris et cum fuerit in aula turris tunc ascendere de scala in scalam quousque fuerit in capite?

Iudei dixerunt: Ita est veritas sed quid faciunt hec verba Messie? Iterum dixit Ighetus: Si quis vellet saltare de foris et ascendere per ~~foramina~~ foramina non videret que intus sunt nec eciam que deforis quia saltat sicut sagitta vadit.

Dixerunt iudei: Si vis respondere nobis responde aut surgamus et eamus quia de turribus nec de castris non loquitur propheta. Sed hec verba sunt hominis substraentis a veritate et re vera volentis ad fabulas.

Respondit Ighetus: Ego nolo subtrahere me a veritate pro fabulis vos autem sic quia sicut dixi facitis, incepistis, enim, legere et que scripta sunt dimittitis et tacetis. Et queritis foramina et non talamos sicut faciunt mures, sequemini quod scriptum est et quod sequitur quia vos vultis sive creditis ascendere turrim de foris per foramina et hoc facere non potestis, unde videamus quid dicit propheta et que secuntur quia vos dimistis super quo percuciam vos ultra addentes prevaricacionem ~~omnem~~ omne caput languidum (Fol. 16v.) omne cor merens a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. Vultus et livor et plaga tumens non est ^{circum} ~~causa~~ ligata neque curata medicamine neque fota oleo, terra vestra deserta civi-

(2) Salm. 21, 19. Et non est alio alterado

tates vestre succense igni regionem vestram coram nobis alieni devorant et desolabitur sicut in vastitates hostili et derelinquetur filia Syon sicut ⁱⁿ vinbraculum in vinea et sicut tigurium in ~~in~~ cucumerario et sicut civitas que vastatur nisi dominus exercitum relinisset nobis semen quasi sodoma fuisset et quasi gomorra essemus silens, unde o iudei, audite verbum et notate bene ipsum quia propheta dicit super quo percuciam vos ultra ad dentes prevaricationem ^{in ostentat} propheta quod alia percussit vos in eo quod dicit ultra quia civitas Ierusalem numquam fuerat destructa ante tempus Nabuchodonosor, est ita dixit Iagnetus.

Responderunt iudei, Ita fuit veritas. Iterum dixerunt iudei: quoniam locutus fuit propheta de trastino et non de hodie, quoniam dicere potest hoc quod dicitis et unde veniunt tibi hec uba ^{nonne} melius intelligendum est de priore vastacione quam de ultima. Quia si propheta de ista vastacione seu captivitate, quod si ^{in isto} nostro passu propheta intellexisset aliquam mencionem de illa facta per Nabuchodonosor. Scilicet cum de illa nullibi conte fecerat mencionem, videtur quod hic nostro passu de illa tamquam de primo nominata intelligendum sit, probat autem Iagnetus quod non est verum quod fecerit propheta alibi mencionem de alia Nabuchodonosor et quod ubi propheta tractat de (Fol. 17) progressu suo ad Ezechiam ibi facit mencionem de illa Nabuchodonosor tamquam de preedente ad istam ergo videtur quod nostro passu intellexerit de ista alia presenti in qua nunc sumus in qua sumus exules per diversam terram loqueretur primo locutus fuisset de priore captivitate. Unde non est intelligendum nisi de illa vastacionem quam fecit Nabuchodonosor nec aliter locutus fuit propheta.

Iagnetus respondit: Et si ego faciam vos confiteri quod de ista captivitate in qua nunc estis loquitur propheta et non de illa quid dicitis.

Dixerunt iudei: Hoc iam non confitebimur nisi forsitan mentiri vellemus.

Dixit Iagnetus: Videamus, o iudei, Isaiam prophetam ^{quando} quoniam introivit ad Ezechiam regem tunc tempore quoniam rex Babilonis ruisit ad eum libros et munera Ezechie ostendit eis omnia que inventa sunt in thesauris suis quid dixit Isaias propheta Ezechie regi.

Dixerunt iudei: Et quid?

Iagnetus respondit: Introivit autem Isaias ad regem Ezechiam et dixit ei, "Quid dixerunt isti viri et unde venerunt ad me", et dixit Ezechias, "De terra longinqua venerunt ad me de Babilonie". Et dixit Isaias: "Quid viderunt in domo tua", et dixit Ezechias: "Omnia que in domo mea sunt viderunt fuit res quam non ostenderem in thesauris meis", et dixit Isaias ad Ezechiam: "Audi verbum domini exercituum, et ecce dies veniunt et omnia auferentur que in domo tua sunt et que thesaurum auferunt patres tui usque ad diem hanc Babilonem non relinquetur quicquid dicit ~~domini~~ et de filiis tuis qui exhibunt dete quos genueris tollent et erunt eunuchi in palacio regis Babilonis", ^{quando} Quid vobis videretur ~~(Fol. 17 v.)~~ o iudei confi (Fol. 17 v.) temini veritate et nolite mentiri quia aperte monstrat captivitatem illam et nominatim dicit de rege Babilonis. Sed in principio non loquitur de Babilonia, ymo dicit de civitates vestre erunt succense igni et regiones vestre coram vobis alieni devorant et desolabitur sicut in vastitate hostili et ecce nonne estis cottidie devorati et ab omnibus vilipensi et pro nichilo habemini et bene estis sicut ⁱⁿ vinbraculum in vinea et sicut tigurium in cucumerario

cacumerario quia fructum bonum non facitis nec iam facietis et in perpetuum servi eritis omnium nacionum quia sicut vinbraculum vinee non affert nec racemum butani sed tamen se ipsum capit in palmite in quo est, et tam ligna arida quam virida et omnia ad que tendit sic vos ipsi faciatis quia cum christianis saracenis tartaris et cum quibus potestis vivistis et omnibus servi estis et sicut vinbraculum per se ipsum siccatur et aridatur in palmite sic et vos ipsi cottidie consumatis et iam crescere non potestis et semen vestrum et sicut tagurium cacumerarii quia tagurium est flos qui floret et fructum non producit sicut vobis accidit quem in spe vivitis ^{quod} ~~non~~ messias veniat et hec spes vana est sicut flos qui floret et fructum non producit. Et sperando gaudetis et gaudium vestrum nichil est nichilque boni ~~habentis~~ habens et sicut fenum tectorum quod priusquam evellatur ex aruit et vere impletum est in vobis hoc quod dicit propheta cap^o .I. nisi dominus relinqueret vobis semen quasi sodoma et gomorra similes essetis quia ^(m) veritate bene estis sicut ~~sodoma~~ ^(m) sodoma et ~~gomorra~~ ^(m) gomorra quantum in potenciam (Fol. 18). Scilicet vos qui remansistis ad testimonium nostrum estis et de nobis non fit mencio sicut non essetis unde indubitanter credere debetis et intelligere prophetam dixisse cap^o .XXV^o. de ista captivitate et non de illa Nabuchodonosor, quoniam in illis captivitate stetistis annis LXX. sicut dicit Jeremias propheta propter vitulum quod adoravistis. In ista autem captivitate in perpetuum stabitis quia manus vestre sanguine plene sunt, sicut dicit Ysaias in fine cap^o in eo quod Messiam crucifixerunt patres vestri dominum Yhesum Christum. Cognoscite ergo quod Ysaias vos appellat ~~Sodomo~~ ^(m) Sodomo et ~~gomorra~~ ^(m) gomorra, quoniam dicit cap^o primo. Audite ⁽²⁾ verbum domini principes sodomorum auribus percipite legem dei ~~vestri~~ ⁽²⁾ populus gomorre quomodo michi multitudinem victimarum vestrarum dicit dominus plenus sum holocausta arietum et sanguine vitulorum et agnorum et yrorum cum veneritis ante conspectum meum, quis quesivit hoc de manibus vestris ut ambularetis in atriis meis ne offeratis ultra sacrificium frustra, incensum ab hominacio est michi et sabbatum et festivitates vestras non recipiam a vobis kalendas vestras et solempnitates vestras odit anima mea facta sunt michi molesta, laboraveram sustinens et cum extenderitis manus vestras advertam oculos meos a vobis et cum multiplicaveritis ^{orationem} ~~oracum~~ non exaudiam. Manus enim vestre sanguine plene sunt. Utilitas est vobis habere legem et circumcissionem et sabbatum et si velletis dicere sacrificium nostrum non debet fieri nisi

(2) Se refiere al mismo texto (3) cf. L. 1, 10-11: Consequenter algo de texto, alpa.
 nec conompeido del ms.

in uno loco precise: in domo sancta. Audite Malachiam cap^o. I. non est michi voluptas in sacrificiis (Fol. 18 v.) vestris quia ab ortu solis usque ad occasum nomine meum magnum est inter gentes que offerunt nomino meo sacrificium mundum et scire debetis quod de natura sua munda est aqua et vinum et farina pura de quibus nos christiani facimus sacramentum non indiget mundacione et lavacione sed synagoga indigebat lavare carnes sacrificiorum et purgate ventres animumque in sacrificio offerbantur et lavare locum de pinguedine et sanguine sacrificiorum. Scilicet hoc sacramentum vini cum aqua mixtum quod facimus nos christiani plene et aperte describit Salomon proverbiorum Cap^o. VIII^o cum dicit: "Clemencia tua edificavit sibi domum excidit columnas VII inmolavit victimas suas miscuit vinum et proposuit mensam suam misit suas ut vocaret ad artem civitatis. Si quis est ^{parvulus} veniat ad me et insipientibus locutus est, venite, comedite panem meum et bibite vinum quod miscui vobis. Quid est ergo ⁱⁿ dei mensa parata sapientie altissimi nisi altare? quid panis et vinum mixtum nisi sacramentum de pane vino et aqua quod fit in altare qui insipientes vocati ancillas suas nisi nos christiani qui ignorabamus deum vocati per apostolos. O iudei per fidem aperite oculos cordis et videte, audite et intelligite quod hec omnia in vobis impleta sunt et festivitates vestre pro nichilo habentur, quid super hoc dicere vultis? certe contradicere non potestis, sed qui tacet affirmat et accidit vobis.

Dixerunt iudei: Ysaia dicit cap^o. VII : "Ecce mulier pariet, et pariet filium et vocabitur ^(Fol. 19) nomine eius Emanuel". Hoc non voluit ad impleri in filio Acham.

Dixit eis Ignetus: Responde michi ad ea que ante dixi vobis de Ysaia, confidentini et nolite esse reprobi.

Responderunt iudei: Satis esset dicendum super hys que dixit Ysaia, sed nolumus quia non est tempus sed responde nobis ad ea que tibi opposuimus, si propheta illa debuit in filio Acham.

Respondit Ignetus: Unum tamen verbum volo dicere ad quod respondeatis michi et ego postea respondebo vobis. Dicatis michi, o iudei, quia de causa est quod ~~parietum~~ ~~facistis~~ peccatum fecistis pro quo dominus percusserit vos et dederit vos captivos omnium gentium et servos. Scimus enim quod sicut vobis predixi in captivitate Nabuchodonosor vos morit Deus propter vitulum quem fecistis, est hoc verum?

Dixerunt iudei: Verum est.

(1) Mal., 1, 11 (2) Prov. 9, 1-5 (3) Is. 9, 14

PFS 11 MA In ista

Dixit Ighetus: Nostra autem captivitate iam stetit annis .M.CC.XL. unde est hoc.

Dixerunt iudei: Jam tibi diximus non audemus ad hoc respondere quia in potestate nostra non sumus. Sed responde nobis ad hoc quod tibi diximus.

Postquam vobis placet ego respondebo vobis per Ysaïam prophetam cap. VII. quoniam intravit ad Acham². Ipse dixit ei: "Pete tibi signum ad nomine Deo tuo in profundum inferni sive in excelsum supra. Ille vero male atque superbe respondit non petam neque temptabo dominum; et dixit propheta: Audite ergo domus David, numquid parum est vobis esse molestos hominibus quia molesti estis et Deo meo propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur (Fol. 19 v.) nomine eius Emanuel quod interpretatur nobiscum Deus butirum et mel comedit ut sciat reprobare malum et eligere bonum.

Dixerunt iudei: Tu debes scire quod Acham² tunc obsessus erat Arasim rege Sittie et fatra filium Romelie regis Israel et preliabantur cum eo et scis quod dominus locutus fuit ad Ysaïam cap. VII. Et dixit ei: Egredere in occursum Acham² et cetera que scripta sunt in Ysaïam et propter hoc dedit ei propheta signum dicens "Ecce mulier concipiet et pariet filium et concepit uxor Acham² et peperit filium.

Respondit Ighetus: Miror de vobis quod ita in demencia loquimini et contra veritatem et contra vos ipsos, non enim scripturam est habetis? Alma concipiet et pariet et alma hebraice virgo interpretat, similiter et propheta dixit: Pete signum a domino in profundum inferni sive in excelsum supra. Dicite mihi o iudei, quod signum est vel esset, si uxor tua vel alicuius alterius conciperet et pareret non esset hoc signum. Scilicet magnum signum et miraculum magnum fuit quoniam virgo concepit et peperit filium. Similiter non dixit: Pete tibi signum in terra quia hoc quod dicitis signum in terra esset, unde ipse dominus signum de celo dedit dicens: Audite ergo David domus quia sicut scitis Virgo Maria de semine David.

Dixerunt iudei: Nos tibi diximus quod hoc veniet nato filio Acham².

Respondit Ighetus: Totum credo et bene debuit evenisse audit in terra tam magno signo quomodo fuit illud, verum quod Virgo deberet concipere et parere filium Dei salvatorem mundi. Et es tunc ipse cepit filius Dei signa facere in terra et quia pro annuntiatione prophete gaudium fuit in terra et licet tunc gentes non

(Fol. 20)

1) L. 7. 11

(2) L. 7, 12-15

(3) L. 7. 3

PPSTP MA

intellerissent verbum prophete, ipse Dominus cuius nativitas annunciata esset in mundo, voluit illis consolacionem facere qui venturus tunc erat ad salvandum omnes credentes in eum. Et similiter non fecit mencionem propheta cuius esset vel quo sive qualis esset virgo, scilicet tamen in proprie locutus fuit quia sola fuit virgo que peperit, Beata Virgo Maria de semine David ut adimpleretur quod dominus iuraverat David dicens cap^o XXXI^o. de fructu ventris tui ponam super sedem meam.

Dixerunt iudei: In Salomone impletum fuit hoc quod fuit rex post David et cui totus mundus tributum dedit.

Dixit Ighetus: Quomodo dicere potestis quod Salomon sedeat super sedem Domini in nonne in fine Salomon ydola adoravit et sedes domini non est in terra et quod ita verum sit. David dicit, psalmo .CXII^o. "Celum celi Domino terram autem dedit filiis homini" Et Ysaia Cap^o. LXVI^o. Hec dicit Dominus: Celum sedes mea et terra scabellum pedum meorum".

Dixerunt iudei: Et David dicit psalmo LXX. : "Deus iudicium tuum regi da et iusticiam tuam filio regis; et alibi, reges Tharsis et insule munera offerunt et reges arabum et Saba dona adducent. ^(r) Hoc totum fuit impletum in Salomone quia reges Tharsis et arabum et Saba adoraverunt munera Salomoni obtulerunt et sic scriptum invenies in libro regum.

Respondit Ighetus: Bene scio et eciam de regina austri et de aliis multis. Sed respondete michi vos qui sine aliis volare credetis et accipitis corticem nucum et que nitusunt dimittitis et hoc vos decipit et sunt peccata vestra que tollunt vobis intellectum David quid dicit (Fol. 20 v.) in psalmo ubi loquitur Deus iudicium tuum regi da et iusticiam tuam filio regis ubi unquam invenistis quod aliquis terrenus homo iudicium habeat vel habere debeat nisi Deus solus, Deus habet iudicium et iusticiam et nemo aliquis. Similiter sequitur ^{ad est} iudicandum populum tuum in iusticia et pauperes tuos in iudicio suscipiant montes pacem populo et colles iusticiam.

Iudei dixerunt: Hoc totum contingit in tempore Salomonis quia unquam Israel pacem non habuit nisi in tempore eius et hoc tu scis. ^{Sed} Scilicet legistis in libro Regum.

Dixit Ighetus: Ego pacienter ascolto verba vestra et vos non mea nimis libenter

(5) Salu. 79, 10

comeditis de corticibus nucum. Sequemini psalmum et postea quod vultis dicatis. et

Et quid sequitur? Dixerunt iudei.

Respondit Iagnetus: Iudicabit pauperes populi, salvos faciet filios pauperum, et humiliabit calumniatorem et remanebit cum sole et ante lunam in generacione et generacionem. Ascendit sicut plumam in vellus et sicut scillicidia scillancia super terram orietur in diebus eius iusticia et habundancia pacis donec auferatur luna et dominabitur amari usque ad mare et cetera que secuntur. Que omnia fuerunt completa in Christo quia Salomon numquam iudicavit neque iam iudicabit nec pote animas salvas facere neque aliquis alius nisi solus Deus, prout ipse dixit in eodem psalmo parceret pauperi et inopi et animas pauperum salvas faciet, nec permanet cum sole nome⁽²⁾ eius nec ante lunam quis est qui permanet cum sole et ante lunam nisi Deus et Dominus Noster Yhesus Crhistus.

Dixerunt iudei: et tu iam dicis de nobis et que contraria sunt tibi taces, quia⁽¹⁾ dixit dominabitur a mari/usque ad mare, a flumen usque ad terminos orbis terrarum⁽³⁾

Respondit Iagnetus; et Salomon hoc fecit² dicite michi. Imo video vos captivos. Et vos magister qui dicitis, Ego sum de parentela Sancte Marie de filiis Salomonis. Attamen de bene estis captivis ut alii et servus.

Dixerunt iudei: In tempore suo Salomon dominus fuit sicut sequitur³ coram illo prociderunt reges, et inimici eius terram lingret^{en}; reges Tharsis et insule munera offerunt et reges Arabum et Saba dona adducent.⁽⁴⁾

Iagnetus respondit: Hoc non in Salomone inpletum fuit sed in Christo qui adoratus fuit a magis et munera ei obtulerunt aurum, thus et mirram.

Iudei dixerunt: Ita dicis tu et alii christiani, nos autem deh hoc nichil credimus et sicut diximus tibi aliquid de Novo Testamento non apponas quia penitus nichil credimus.

Respondit Iagnetus: Ego de Novo Testamento nichil appono^{sed} scilicet oportet me dicere qualiter et quomodo et ubi dicta prophetarum sint inpleta in Christo et hoc bene dicere possum et eciam dicam vobis plus quod vos in vestris libris habetis hoc quod dixi. Et specialiter sicut Herodes occidi mandavit omnes pueros propter dictum magorum illorum qui dixerunt ubi est et qui natus est rex iudeorum unde unquam visum vel auditum fuit quod per nativitatem unius pauperis pueri interficerentur omnes sed iste Yhesus fuit ille puer super quo locutus est Deus per os Zacharie prophete Cap.^o VIII^o, hoc cum dicit exulta satis filia Syon, jubila filia

(2) Salm 71, 12 (3) Salm 71, 8 (4) Salm 11, 4-10

Ierusalem ecce rex tuus venit tibi iustus et salvator ipse pauper et ascendens super asinam et super pullum filium asine ⁽¹⁾ et domine ipse Dominus Yhesus Christus fuit in hoc mundo, ipse contempsit (Fol. 21 v.) divicias et abicat carnales delectaciones nec habuit concupiscencias que sunt occasione peccati Salomon non autem sic fecit et hoc numquam auditum fuit quod per nativitatem unius pauperis pueri interficerentur tot pueri nisi tunc quia vere natus erat rex iudeorum quoniam natus fuit ~~Yhesus~~ Christus filius Marie Virginis qui fuit et est rex regum et Dominus dominancium et hoc dicit David in eodem psalmo, et adorabunt eum omnes reges et omnes gentes serviant ei quia liberabit pauperem a potestate et omnia que sequuntur de Christo sunt et in Christo inpleta fuerunt.

Dixerunt iudei: Miramur de te et quomodo tu contra te ipsum loqui potuisti quomodo adorant eum omnes reges et quomodo serviunt Christo omnes gentes, sarraceni, tartari et multi qui in seculo sunt non adorant Christum. Ymo dicimus tibi quoniam de ^{aurato} vocates deos habent et non habetis vos christiani.

Respondit Ignetus: Ego dico et affirmo quod dominatur a mari usque ad mare et quod adorant eum omnes reges et omnes gentes serviunt ei ^{et} et subiecta sunt ei. Nonne Deo subiecta sunt omnia visibilia et invisibilia et Christus non est Deus?.

Certe Yhesus Christus filius Dei est, respondit unius ex iudeis, ^{videlicet} verum qui vocabatur Rabbi ita est quantum ad Deum, scilicet quantum ad hominem, non.

Dixi ei Ignetus: Yhesus secundum divinitatem Deus est, et secundum humanitatem homo est christus et Christus grece ebrayce dicitur Messias et latine salvator et nemo salvator nisi Deus.

Alius vero iudeus magister maior dixit: Ubi invenisti quod Messias sit Deus. Messias quoniam veniet erit homo sicut ego et tu potens ex magna potencia et nos liberabit de omni (Fol. 22) servitute et reducet nos in civitatem sanctorum Ierusalem et omnes naciones subiciet nobis.

Respondit Ignetus: Hoc erit ^{quoniam} quoniam lepores, leones equitabunt et calcaribus suis percucient eos. Tunc iudei incipient regnare.

Dixerunt iudei: Non licet nobis de hoc simul tractare, scilicet responde nobis ubi invenisti messiam Deum esse debere. Respondit: Alias vobis monstravi hoc, et eum monstravero vobis et vos confiteri faciam messiam Deum esse, credetis in eum.

Dixerunt iudei: quod dicitis observa, bene autem scimus quod si vellemus credere tibi ita esset.

(1) Jac. 9, 9 (2) Salm. 11, 11

Respondit Ighetus: Nolo ut michi credatis nisi tamen modo veritati si consentire volueritis et non negare monstrabo vobis. Audite David dicentem psalmo LXXXIII⁹ videbitur Deus deorum in Syon, et Ysaïas dixit, videbitur omnis caro salutare Dei et alibi Ysaïas aperte monstrat Christum filium Dei esse et Deum quia dicit, parvulus enim natus est nobis et filius datus est nobis et factus est principatus super humerum eius et vocabitur nomine eius admirabilis consiliarius Deus fortis, pater futuri seculi et princeps pacis, multiplicabitur eius imperium et pacis eius non erit finis, super solium David et super regnum eius sedebit ut confirmet illud et corroboret in iudicio et iusticia a modo et usque in sempiternum; ⁽¹⁾ zelus domini faciet hoc et hoc confitemini iudei confitemini veritati et nolite esse increduli sed fideles. Accipite sacrum baptismum et discite bene facere recedentes ab usuris et maliciis vestris et sic cognoscetis Messiam venisse et Deum esse salvatorem omni in se sperantium.

Dixerunt multum: (Pel. 22 v.) Te exaltasti et non dicis verum quia non dixit propheta Deus fortis sed dixit dominus fortis si ut tibi dixi de Messia.

Respondit Ighetus: Et quis est dominus fortis nisi Deus quia qui moritur non est dominus fortis. Non audistis quod magni reges ~~maximi~~ mortui sunt in terra parvo tempore, mortuus est rex bardus et rex Francie et rex Aragonum et qui maxime in mundo erant quante fortitudinem eorum si bene fecerunt in vita sua non inveniunt quia in iudicio iusti domini et fortes venerunt, unde, o iudei, nos nosce volo nemo dominus fortis nisi Deus et propheta dicit "admirabilis consiliarius et pater futuri seculi. Quomodo homo terrenus posset esse admirabilis consiliarius et pater futuri seculi. Quos qui magistri estis et doctores in Synagoga non vos decipiatis et ad minus si vos ipsos decipitis non decipiatis alios quescitem ⁿ agere per, verse et discite bene facere quia de omnibus animabus eorum qui ^{stant} ad vestram doctrinam Deo estis rationam reddituri.

Dixerunt iudei: Tu homus nostrum non portabis: Scilicet revertamur ad hoc quod dixit Ysaïas. Cap⁹. VII⁹. quod antequam puer sciat eligere bonum et reprobare malum derelinquetur terra quam tu detestaris a facie duorum regum suorum. ⁽²⁾ Hoc inpletum fuit in filio Aghan² quod antequam crevisset puer fuit pax et duo reges subiecti fuerunt ei.

Respondit Ighetus: Dichatis mihi, o iudei, in quo unquam talis virtus fuit eligere bonum et reprobare malum nisi in Deo non in abraam, non in ^{Isaac} ~~Jacob~~, non in

1) Salm. 83, 8
2) Is

(3) Is. 7, 16

Jacob, non in Moyse, non in David; non in aliquo propheta unquam fuisse talem virtutem
 (Fol. 23) Invenistis quis sciret reprobare malum et eligere bonum ^{quam} vos scitis
 quod nemo sanctior David et peccavit, et nemo sapientior Salomone et peccavit, et ne
 mo forcior Sampson et peccavit, unde postquam nec in sacto, nec in sapiente, neque
 in forti hoc victus fuit verum quod sit in sancto sanctorum ^{scilicet} in christo de quo di-
 xit Daniel cap^o VIII^o unguatur sanctus sanctorum.

Dixerunt iudei: Dic nobis cur seu qua de causa prophecie non dixerunt aperte
 veniet Christus filius Marie et ipse erit salvator omnium et tali tempore veniet
 et baptizabitur ut mentes omnem clare essent et intelligerent et tempus adventus
 eius scirent ita ut nemo dubitarent de eo?

Respondit Ignetus: Hoc totum fuit et si non monstravero vobis tali tempore Me-
 ssias debere venire sive debuit et venit et debuit baptizari et baptizatus fuit et
 debuit occidi et occisus fuit et qui eum negaverit de eius populo non erit. Et omnia
 prout melius et clarius scribi possent sic scriptum fuit et a prophetis nunciatum
 et si hoc faciam credetis in eum.

Dixerunt iudei: Hoc nos nescimus, tamen bene et firmiter scimus quod nemo pro-
 phetarum de adventum diei eius numquam locutus fuit.

Dixit Ignetus: Ita fuit et monstrabo vobis.

Dixerunt iudei: Dic.

Dixit Ignetus: Ita impedit animam et peccatum tollit mentem et intellectum
 unde ad cognoscendum et intelligendum diem adventus Messie, removeatur ira a cor-
 dibus et de peccatis peniteamini et hoc facto intelligetis et cognoscetis diem sa-
 lutis et adventum Messie.

Dixerunt iudei: ^{sed} Honos ^{sed} multum facere desideramus. Scilicet si omnes clerici et
 fratres minores (Fol. 23 v.) et predicatorum doctores et sapientes christianorum in
 simul essent hoc facere non possent et tu qui mercator es credis hoc facere, te
 ipsum decipis, ^{sed} scilicet melius et audacius decet te fabulari ^{quoniam} fratribus mi-
 noribus et predicatoribus quorum inter est disputare cum istis consuleret. Et volu-
 mus dicere tibi et affirmare quod in tempore domini Jacobi boni regis Aragonis ^(?) qui
 fuit pater domini Alfonsi qui nunc regnat, fuerunt apud Gironam fratres predicatorum
 et fratres minores et frater Paulus qui fuit iudeus et multi alii peritissimi chris-
 tiani et etiam quam plures legum doctores et disputaverunt cum meis iudeis, finis

(1) San, 9, 24

(2) 0 24 Jaime I el Conquistador

qualis fuit interroga eos qui fuerunt et scies et si finis fuit bonus pro christianis an non.

Respondit Ighetus: De hoc nunquam verbum audivi tamen multum rogo vos quod si inscriptis habetis disputacionem illam quod michi in exemplo tradatis quia desiderio magno desidero ut habeam translatum ipsius.

Dixerunt iudei: Bene habemus et per universum mundum eam misimus nostris iudeis.

Dixit eis Ighetus: Quare de ipsa non vos adiuvatis et cur non opponitis ea qua opposita fuerunt christianis prout dicitis et de quibus apparet quod christiani remanserunt superati a dicto vestro quod non credo postquam frater Paulus illic erat ^{vero}

Dixerunt iudei: Non decet nos de tam obscuris verbis tecum loqui quia non intelligeres.

Respondit Ighetus: Ego usque nunc responsionem a vobis habere non potui de aliquibus de quibus vobis opposuerim, unde si ~~ita~~ ^{ita} esset ut asseritis bene facissetis responsionem. ~~Scilicet~~ ^{sed} quia superati estis et contradicere non potestis, ~~scilicet~~ ^{si} licet veritati consentire voletis (Fol. 24) ideo nichil credo, de hoc toto quod dixistis, ne pro malo habeatis vobis dedecus est, quod ab homine simplici et mercatore superamini et vincamini, videte quod faceretis si hic esset aliquis sapiens in scripturis.

Dixerunt iudei: Pro verbis tuis non removetur ~~veritatis~~ veritas de hoc quod fuit

Respondit, ^{e ad} hoc quod tibi opposuimus, et postea scies si superati seu vincti sumus

Respondit Ighetus: Si vobis monstravero confiteri vos faciam et tam aperte quomodo monstratur lapis seu baculus in manu alicuius, ^{voca} clamabitis vos vinctos et baptizamini?

Dixerunt iudei: Si tu hoc nobis monstrare poteris illico baptizamur.

Dixit Ighetus: Unam volo quod faciatis oracionem quam tam iudei quam christiani et sarraceni facere possunt sine alicuius contradiccione legis.

Dixerunt iudei: Qualis est oracio audiamus?

Respondit Ighetus: Oracio hec est, "Deus Abraam, Deus Ysaac et Deus Jacob ^{has} qui creasti omnia visibilia et invisibilia cum omnia subiecta sunt, homines et iumenta volucres celi et pisces maris. Te Deum et dominum nostrum deprecamur uti nobis sanctam gratiam tuam digneris donare ut viam veritatis et salutis cognoscamus et unus

ex iudeis dixit, sancta et iusta oracio est et ediam omnes alii dixerunt.] Dixit magister maior: hanc oracionem nunquam faciam quia videretur quod dubitarem de lege mea et ego non dubito ymo certus sum.

Dixit Iagnetus: Et si ego de vobis et monstro meliorem viam et in manibus vestris ponam quos queritis ut non accipiatis et ultra frustra non laboretis?

Dixit iudeus: Hec verba tollent dicere melius est quod ^{responsionem} Mes nobis (Fol. 24 v.) facias et quod facias nos baptizari et eris patronus noster.

Iagnetus respondit: Et ego monstrabo et responsionem quam queritis vobis faciam Scilicet bene scio quod non observabitis quod dicitis, sicut fecit hinc rabi de eo quod in logia nostra promisit presentibus multis de fonte Ierusalem, unde videamus o iudei, Jacob patriarcha vester et non noster, scilicet ^{sed nomine} noster dixit Cap^o XLVIII^o non auferatur sceptrum de Iuda et dux de femore eius donec veniat qui mittendus est ipse erit expectacio gencium, Videtur vobis quod hic bene aperte demonstrat diem adventus Messie, ostendite michi sceptrum seu ducatis ^{um} quod habebatis seu habueratis a Xhristi tempore citra verum passionis eius,

Dixerunt iudei: Cur non venit ^{quando} quoniam stetimus LXX annis in captivitate Babilonis quoniam tunc nec sceptrum nec ducatum habebamus.

Respondit Iagnetus: Ita habebatis tunc sed nunc non habetis quia tunc plures prophete erant qui verbum Dei quotidie vacillabant et postea plures fuerunt usque ad tempus Christi. Scilicet ^{sed} a tempore Christi citra propheta visus seu auditus non fuit.

Dixit rabbi iudeus: Dic nobis cur ita bene hic non intelligis Juda pro confesso sicut in prophecias Jeremie Cap^o XXIII^o et cap^o XXXIII^o et ubi dicit in diebus illis salvabitur Iuda et habitabit Israel confidenter tu mihi dixisti in nave ad portum pini quod Juda in lingua mea confessus interpretatur quod verum est, ⁽³⁾ quare ita bene non intelligitur Juda pro confesso.

Respondit Iagnetus: Si vis quod pro confesso si sciat vos qui in tempore illo nemo deum celi confitebatur nisi iudei soli pro quo ad tuam racionem vinctus es, scilicet ad veritatem dicendam Jacob de filio suo Juda et (Fol. 25) semen eius locutus fuit et Juda primogenitus fuit Jacob et in fine suo Jacob super quolibet filiorum suorum locutus fuit prophetizando sicut scriptum est in libro Genesis Cap^o XLVIII^o et hoc negare non potestis vos iudei. Iterum dixit Iagnetus: Moyses autem legislator

(1) Gen. 49, 10 (2) Jer. 23, 6 (3) Osea que la palabra Jahuata significa el que celebra o confiesa algo

in libro veteri Cap^o XVIII, dixit prophetam, excitabit vobis dominus Deus de fratribus vestris omnis anima que non audierit prophetam illum exterminabitur ⁽¹⁾ de populo suo David autem dixit filius meus es tu ego hodie genuite ⁽²⁾ et scire debetis quod i dixit David ego hodie genuite quia Deus tempus non habet nec presens nec preteritum nec futurum quia sine principio et sine fine est. Et qui non principium nec finem tempus habere non debet?

Dixerunt iudei: Totum hoc est verum, sed ^{quando} quoniam Messias veniet recuperabimus totum hoc quod amisimus.

 37 v.) de illo Messia quem errantes expectant qui veniet contra sanctam sanc-
 torum et ipsam regnaturum ponit tempus et tempora et dimidium temporis; et
 ideo ego dicam vobis vos scitis et scire debetis quod ubi Daniel loquitur
 de illis diebus, quia longum esset omnia dicere. Sed ad finem veniamus
 quia vir qui stabat super aquas fluminis cum levasset dexteram suam et si-
 nistram suam in celum et coniurasset per viventem in eternum dixit quod fi-

nis horum temporis et tempora et ad dimidium temporis, et postea sequitur et cum completa fuerit dispersio manus populi sancti complebuntur universa hec. Et Daniel dixit: Et ego audivi et non intellexi, et Domine, Domine mi; quod erit post hoc?—et ait: Vade Daniel quia clausi sunt signa^[d] sermone^[e] usque ad tempus per^[f] finitum. Eligentur et dealbabuntur, et quasi ignis preliabuntur⁽¹⁾ multi, et impii agent impie neque intelligent omnes impii, porro docti intelligent, et a tempore quod ablatum fuerit iunge sacrificium et posita fuerat abominatio in desolacionem dies .M.CCLXXXX. Beatus qui expectat et pervenerit usque ad dies .M.CCCXXXV, tu, autem, Daniel, vade ad prefinitum et requires⁽²⁾ et testabis in sorte tua usque in fine dierum.⁽³⁾ Hoc autem intelligitur de tempore illo ante Christo in quem regnaturum port. Propheta capitulo ubi supra tempus et tempora et dimidium temporis que sunt ~~anni~~^{anni} tres et dimidium; et si bene queritis ibi diebus .M.CCLXXXX. de ante Christo hoc aperte intelligere debetis in eo quod dicit cum apposita fuerit abominatio et desolacione quia bene erit abominatio ~~quando~~ contra Deum et Dominum Nostrum Ihesum Christum agent et ~~imo~~^{ideo} dicit: impie agent impii neque intelligent omnes impii porro docti intelligent quoniam ~~multi~~ multi in illis diebus mortem patientur pro nomine Domini Nostri / (fol. 38r.) Ihesu Christi et illi sunt docti qui intelligent et intelligendo in fide recta stabunt et semper perseverabunt usque in finem et eorum finis bonus erit Et imo propheta Daniel dicit que erit tribulacio qualis non fuit super terram et tempore quo gentes esse ceperunt usque ad tempus illud. Cum vero completi fuerunt tempus et tempora et dimidium temporis hoc est dies : CC LXXXX morietur ille iniquus divino iudicio, et hoc testatur Daniel in capitulo VIII^o dicens: Consurgat rex imprudens⁽⁴⁾ facie et intelligens propositiones et roborabitur fortitudo eius sed non in viribus suis et super quod credo post universa vastabit et prosperabitur et faciet et interficiet robustos et populum suorum secundum voluntatem suam et dirigetur dolus in manu eius, et cor suum magnificabit et in copia rerum⁽⁵⁾ occidet plurimos. Et contra principem principum consurget et sine manu conteretur.⁽⁶⁾ Unde, o judee; sicut vobis dixi, populum sanctorum occidet scilicet credentes in Dominum Ihesum Christum qui est princeps principum et dominus ^{miuum} dominacionum, et ~~imo~~^{deo} propheta dixit: contra ~~contra~~ principem principum consurget et ipse conteret cum suo iudicio et doctos servos suos salvos faciet. Et ^{quando} ~~quoniam~~ iudicium Domini Nostri Ihesu Christi super eum venerit ipse interficiet eum spiritus oris suis scilicet potestate divina et tunc omnes cognoscent errorem illum et adorabunt Dominum Ihesum Christum. Et vos iudei similiter cognoscetis

1) Dan. 12, 7-8

(2) Vulgata: probabuntur (3) Dan. 12, 8-13. (4) Dan. 8, 23

(4) Vulgata: impudens (6) Dan. 8, 23-25

adventum Messie Domini Nostri Ihesu Christi infra vero dies XLV erit divulgatum per universum seculum ita ut omnes credent in Deum patrem et Dominum Nostrum Ihesu Christum Filium eius ut illi qui ab illo fuerant seducti agant penitentiam. Et ~~imo~~ ^{ideo} dicit: Beatus qui expectat et pervenerit usque ad dies MCCCXXXV dicta penitencia quanti temporis spacium fiat quousque Dominus / (fol. 38 v.) ad iudicium veniat; nullus est qui sciat sed in dispositione Dei manet qui nos facere dignetur, et propicius sit nobis semper usque in finem Amen.

Auditis, autem, hys, Iudeus dixit: Igneto; domine mi, si vobis placet vellem unum tamen verbum loqui.

Respondit Ignetus: Dic quid vis.

Dixit iudeus: Ego palam nolo dicere, surge quia vobis tamen dicere volo. Et surgentibus Igneto et Iudeo ab aliis recesserunt et dixit Iudeus: Igneto; domine, audi ~~vi~~ ^{vi} quem vos eis dixistis que omnia sunt vera et certa, et nun vero cognosco Messia venisse Dominum Nostrum Ihesum Christum et de hys de quibus vos interrogavi modo nunquam ab aliquo iudeo neque christiano intellexi tam clare et sic aperte quoniam vos mihi ~~ostendistis~~ ostendistis. Quare rogo vos postquam errorem meum monstrastis et ipsum me cognoscere fecistis quod in via veritatis me ducatis et per vos baptismum accipere mereat ne anima mea pereat sed salva sit cum fidelibus Domini Nostri Ihesu Christi quem Redemptorem mundi esse cognosco et salvatorem omnium in se credentium, et ego in eum credo pura mente et ex toto corde meo.

Ignetus, autem, audiens hec cogitavit intra se ipsum esse fallacem Iudeum et sine fide aliqua quia nichil sciebat quod cum aliis iudeis locutus fuisset sicut fuerat et dixit ei: O Iudee, vos nescitis quod dicatis quia si baptismum accipietis vocabimini canis filius canis tam a christianis quam a iudeis et in paupertatem eritis et qui hodie dabit obulum in toto uno anno non dabit alium et sic multam necessitatem habebitis et forsitan in desperatione cito cadere possetis. Et ~~ide~~ ^{ide} vos consulo quod stetis sicut iam stetistis quia ut apparet bene estis quinquagenarius et notum facio vobis quod minus passus erit falsus / (fol. 39, r.) iudeus quam falsus ^{christianus}.

Respondit Iudeus: Bene sum annorum .L. et de plus, et si statim tamen in errorem, nolo plus manere quia tempus convertendi habeo securitatem domini vivendi non habeo et dico vobis bene quod si anima mea perderetur non habendo baptismum ipsam coram Deo a vobis requirere qui firmiter et fideliter credo in Dominum Nostrum Ihesum Christum et baptizari volo et ex parte Dei requiro vos ut ad baptismum me ducatis.

Ignetus audiens hoc intra se dixit: hoc bonus non portabo an bonus an malus quod ipse sit baptizetur postquam baptizari vult, et dixit Iudeo: -- Postquam vos vultis baptizari respondete michi: Creditis in Dominum Nostrum Ihesum Christum natum ex Maria Virgine, ex Spiritu Sancto conceptum?

Respondit: Credo et certus sum.

- Creditis ipsum in cruce passum fuisse, mortuum et sepultum et in die tercia surrexisse et post ^{et Spiritum Sanctum Christi absolute non quiescente} XL dies in celum ascendisse, et hec omnia sponte fecisse et in eo impleta fuisse secundum dicta sanctorum prophetarum?

Respondit: Credo et certus sum.

Quia totum ~~est~~ hec sponte pati voluit ut humanum genus redimeret et omnes fideliter in se credentes salvos faceret, et quod ipse venturus est iudicare vivos et mortuos et se per ignem sicut testatur David psalmo qui incipit: Deus Deorum locutus est et vocavit terram, a solis ortu usque ad occasum ex Syon ~~species~~ decoris eius, Deus manifeste veniet, Deus noster et non silebit, ignis in conspectum eius exardescet et in circuitu eius tempestas valida et cetera omnia que sequitur?

Respondit Iudeus: - Totum credo et ita firmus sum in fide Christi quod non videtur mihi quod possi videre horam quod sim vocatus christianus.

Ignetus ^{vero} dixit ei: / Postquam vultis baptizari et in Domini Nostri Ihesu Christum / (fol. 39 v.) creditis unam volo quod ~~faciatis~~ oracionem talem que licita esse omnibus sine alicuius legis contradiccione et est ita: Deus Abraami, Deus Isaac, et Deus Iacob, Deus qui formasti celum et terram et omnia visibilia et invisibilia tu creasti propicius esto ~~mihi~~ mihi peccatori et dirige me in viam salutis et veritatis. Amen. Et mando vobis quod tota ista nox dispendatur in oracionibus et in lacrimis confitendo errorem vestrum et orando dicatis septem psalmos penitenciales quia in David legitur et sunt isti: Primus: Domine ne in furore tuo arguas me. Secundus: Beati quorum remisse sunt iniquitates. Tertium: Domine ne in furore tuo arguas me, ne in ira tua concipias me, ^{quoniam} ~~quoniam~~ sagitte tue infixse sunt mihi. Quartus: Misereere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Quintus: Domine exaudi oracionem meam et clamor meus ad te veniat. Sextus: De profundis clamavi ad te, Domine. Septimus: Domine exaudi oracionem meam, auribus percipe obsecracionem meam, ^(L) Et in crastino ieiunabitis nec comeditis nec bibetis usque usque ad nonam.

Et cogitate intra vos si aliud fuerit quod non intelligatis vel si aliquid est de quo non sit cor vestrum clarum, et cras veniatis ad me hora ter-

(2) *o seq. by Salomon*

cia et ego declarabo vobis; et dico vobis quod bene potestis esse securus quia si in hac nocte moriemini anima vestra in manu Dei esset, et bene accipiam super animam meam si cor confitetur quod lingua loquitur.

Et hoc dicendo recessit iudeus. In crastino, autem, tertia vespertas venit iudeus, et invenit Iagnetum, et dixit ei Iagnetus: Bene veneris, ~~salvator~~ o iudee,

Et respondit: Non me dicatis iudeum, christianum me dicatis corde et voluntate.

Dixit Iagnetus: Est aliquod de quo non sit bene clarum cor vestrum ?

Respondit: Tempor quantum plus cogito, et ^oquantum / (fol. 40 r.) plus video in libris prophetarum tanto firmus sum in Sancta fide Christi Dei Salvatoris mundi.

Dixit Iagnetus: Deo gracias! Venite, ergo, meus bone et fidelis christiane et vos preparate ad baptismum ut in crastino baptizemini in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Et duxit eum ad domum suam, ad huc ieiunum sicut mandaverit ei, et comedit et bibit insimul cum christianis. Et in sequenti festo baptizatus fuit in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, in ecclesia beate Marie de Maioricha, de quo demus laudem Deo et Domino nostro Iesu Christo, qui nos salvare dignetur. Amen.

Baptizato vero vocatus est nomen eius Philippus, et in fide Christi ipsum docuit. Iagnetus dicens ei: Philippe esto bonus christianus et fidelis, et confide in Deo qui dat omnem gratiam et virtutem sperantibus in se et qui passus fuit pro salute nostra ut nos de potestate nostra inimici diaboli liberaret et redimeret nos a peccato primi patris Adame, et hoc David testatur dicens: In manus tuas, Domine, Comendo spiritum meum. Redemisti me Domine Deus veritatis. Et alibi idem David ait: Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferni cum acceperit me. Et Ysaïas de passione eius capitulo LXI⁽¹⁾ et de redempcione nostra ait: Spiritus Domini super me eo quod unxerit me ad annunciandum mansuetis misit me ^{ut morderet} ~~et~~ contritos corde, et predicarem captivis indulgenciam, ^{et daveris apertionem} et predicarem annum placabilem Domino et diem ultimum Deo nostro ut consolarem omnes lugentes et ponerem consolacionem lugentibus Syon et darem eis coronam pro cinere oleum gaudii pro luto et palium laudis pro spiritu mercois. Et alibi Ysaïas dicit, capitulo LIII⁽²⁾: Vere langores / (fol. 40v.) nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit, et nos putavimus eum quasi leprosum et percussum adeo et humiliatum ipse autem vulneratum est propter iniquitates nostras; ^{abicitas} dicatus est propter

(1) Osee, le Cathedral (2) Salmo

(4) L. 61, 1-3

scelera nostra disciplina pacis nostre super eum, et livore eius sanati sumus. Et quid multa dicam? Omnes prophete de eo locuti fuerunt. Quapropter disciplinam Domini accipiatis ut inter cetera quam plus placent Deo est paciencia quia sine paciencia homo perfectus esse non potest, et ipse Dominus Yhesus Christus dixit Mathei capitulo V^o: Beati pacifici quoniam filii Dei vocabuntur, unum in omnibus pacienciam habeatis et Deum ~~ante~~ conspectum vestrum in omnibus preponatis et discite benefacere et quiescite agere perverse sicut dicit Ysaïas capitulo primo: In adversitatibus quando veniant patientes estote, et laudate in omnibus Deum. ⁽³⁾ Ecclesiam sanctam caram habeatis et de passionem Christi mementote, doctores nostros et fidei catholice honorate, confessionem sepe facite. Discordiam nolite seminare sed inter discordes ad posse pacem ponatis. Omnes diligite et sicut caros fratres habeatis. Errantes viam veritatis docete, sicut bene scitis facere, et animo melius sciatis. Cum bonis ambulate et mala societate caveatis. Ius sum alteri date et veritas in ore vestro inveniatur. Si quis male dixerit vobis benedicite ei quia Salomon dixit capitulo XV^o: Sermo durus concitat iram et sermo mollis mitigat furorem. ⁽⁴⁾

Et hiis dictis duxit eum ad domum fratrum minorum et traditur eum guardiano et fratribus suis dicens eis: Docete eum in Testamento Novo et in fide catholica, et unanimiter omnes in Christo pacem habeamus quoniam preparari dignatur qui est benedictus / (fol. 41 r.) in secula seculorum, amen.

Duo quomodo miracula ^{ostendit} ~~spandit~~ Deus in conversione eius: primum ^{videlicet} ~~verum~~ quoniam scitum fuit a iudeis quod predictus locutus fuerat cum Igneto in illo secundo metipso convenerunt ad Deum quamplures iudei de maioribus et melioribus qui essent Maiorice ^{ostenderunt} ~~spandebant~~ se nescientes ipsum locutum fuisse cum Igneto dicentes ei: "Domine; litteras recepimus de Cathalonia et penitus oportet vos illuc statim ire sine aliqua mora quoniam consilio vestro multum indigemus" Qui respondens: "Paratus sum, tamen nova firma habemus de malis lignis cursariorum et in istis barchis non est securum ire, sed, quam citius poterimus ire securi, ibo. - dicebat eis ut longam induciam darent et tempus. Sciebat enim quid esset factururus. [Et dixerunt ei iudei alii: "Domine, est hic navis magna regis que debet ire Barcelonam, et hac nocte recedat quoniam sunt omnes recoliti qui ituri sunt in ea, et tam magis tam bene ire non potestis neque tam securus".] Et respondit ei: "summo mane hoc faciam, quia tempus non est recedere".

Dixerunt ipsi: "Iam credimus ipsam velam fecisse, sed nos accipiemus barcham que nos ponat ad navem."

Videns, autem, quod ab eis discedere non poterat; et timens ne ipsi presumerent id quod erat, dixit eis: Postquam ita est voluntas vestra eamus sed prius volo videre parentes nostros et sponsam, quia male staret si sic recederem et eos non viderem.

Dixerunt ei omnes: "nos bene excusabimus te, quia necessitas magna est persona vestra et consilium vestrum in partibus illis, quoniam accidit quod ignorantes et sic non discederunt ab eo donec in navem ipsam posuerunt, et ipsum aliis iudeis recomendaverunt. Sed sicut Ø (fol. 41 v.) Deo placuit qui noluit eius animam perdere; illa nocte non fuit ventus qui levare posset navem de loco, et sic stetit navis in illo loco. In crastino, autem, inter nonam et vespas cupiebat ipse descendere de navi nec erat barcha in qua posset ire, et, dormientibus aliis iudeis, dixit marinariis navis si ipsum ~~re~~ vellent portare ad terram et dixerunt quod non. Et tunc ipse fecit orationem ad Dominum, et orando dixit: "Domine, Deus omnipotens, si tibi placet me esse christianum, et fidem Domini Nostri Iesu Christi tenere, dignare nunc mittere barcham que me ponat ad terram," et hoc dicens, subito apparuit circa navem barcha piscatorum. Et visa barcha, gavisus fuit valde, et dixit marinariis: "Per Deum vocate barcham illam", et tunc marinarii vocaverunt barcham, et dixerunt illis de barcha: "Pro Deo, proicite hominem istum ad terram" quoniam si dixissent illum iudeum esse non venissent. Venerunt, ergo, et levaverunt eum et portaverunt ad terram. Et cum appropinquassent ad terram voluit eis solvere quicquid petissent. Ipsi vero nichil accipere voluerunt. Dixerunt ei ite in nomine Domini, maius servitium isto faceremus vobis.

Secundum vero miraculum fuit in baptismo, quia parentes sui una cum Igneto volebant vocare nomen eius Johannem et ad introitum ecclesie, quando presbiter dixit quomodo vocabatur, responderunt: Johannes nominabitur, et dixit ei: Non, Domini mei, placeat vobis quod nomen meum vocetur Philippus, et sic vocatum fuit nomen eius Philippus et ea pro quibus venit ad baptismum incepta fuerunt in festo beatorum apostolorum ~~vestrorum~~ *vestrorum* Philippi et Jacobi.

Baptizato vere ipso valde territi / (fol. 42 r.) et turbati fuerunt omnes iudei, videntes tam sapientissimum iudeum doctorem eorum conversum ad fidem Christi. Et contigit postea quod Igentus vidit illum iudeum qui vocabatur Rabbi et vocavit eum in loco solitario, et dixit ei: "O, Rabbi; ecce Astruch Ysaias baptizatus est et fidem bonam accepit, et Christum Messiam Salvatorem mundi venisse cognoscit. Fac ergo et tu similiter, et ego *orte*

dam tibi Patrem et Filium nominatim per prophetam. Audi David dicentem, psalmo LXXXVIII qui incipit: "Misericordias Domini in eternum cantabo" (1)

Dixit Iudeus: "Et quod tibi invenistis dicatis mihi.

Ignetus respondit: "Ecce dixit David: ipse vocat me, Pater meus es tu, Deus meus et susceptor salutis mee. Et ego primogenitum ponam illum excelsum pre regibus terre. Et hec similiter dicentibus contigit alium magistrum transitum facere, et iudeus ipsum vocat et dixit ei: "Domine, per Deum venite, et intrate ad nos, et audietis quod iste dominus dixit mihi, et quid dixit magnus est ipse et magnum sensum habuit quanto scivit et potuit iudeum sapientem et doctorem perducere ad legem suam!"

Et ignetus dixit ei: "O, magister, pro Deum, vos cognoscitis ipsum benefecisse et errorem dimisisse et viam veritatis et salutis accepisse. Et si vos vultis cognoscere Patrem et Filium expresse nominatim, David. Dixit: "Interrogate Rabbi et dicet vobis. [Et dixit ei: Quod dixit iste dominus, o Rabbi, Et ipse monstravit mihi per David et ostendit: Ipse invocat me Pater meus es tu; . Et reliqua tamen non latine sed hebrayce locutus fuit. [Et dixit Magister, Satis quod est non loqueris / (#21. 42 v.) cum Igneto nescirem rendere vobis. Et recesserunt iudei in simul hebrayce loquentes.

Quadam vero die alia Ignetus invenit Magistrum solum in via pretereuntem et salutaverunt se, et dixit ei Ignetus: Magister; si una propheciam in Yhesu Christo Domino Nostro impleta est ne ipse est verus Messias?

Respondit Iudeus: "Ita est!". -Et ait Ignetus: "David dixit capitulo XXI Foderunt manus meas et pedes meos, et dinumeraverunt omnia ossa mea", dicitte michi ⁽³⁾ ^{Quando} quoniam David hoc unquam passus fuit, quoniam David numquid vulneratus fuit in manibus neque in pedibus neque in latere, sed ipse locutus fuit in persona Christi, sicut alibi ubi dicit "et dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto"

Repondit judeus: De hoc quod primo dixistis non dixit David eo quod vulneratus fuisset, sed in capite carminis habemus "nos leones foderunt" ⁽⁵⁾ quoniam ⁽²⁾ fugebat a facie philistinorum incidit in leones, et territus tunc ipse dixit versum. Dixit ei Ignetus: ^Mitor de vobis et de prudentia vestra quando hoc dicere potuistis. Nonne sequitur "Ipsi veo inspexerunt in me, diviserunt sibi vestimenta mea sortem mittentes" Quando, ergo, spoliaverunt leones David, et diviserunt vestimenta sua, et miserunt sortem?, Hoc non credo leones scire fecisse. Sed totum hec impletum fuit in Christo Yhesu quando crucifixus fuit, et milites diviserunt vestimenta sua sortem mittentes. - Et hoc dicentibus et in simul loquentibus dixit Judeus: "In via non

1) Salm. 88, 1

5 4. Salm. 21, 14

(3) Salm. 21, 17

est bonum loqui. Intremus in ~~apotecha~~ apotecha istius speciarii et loquar verbis, Intransibus vero domum, dixit dominus domus: Domine Ignetus si vos possetis hunc converti facere bonum medicum haberetis. Et venerunt in loco ubi non poterant a transeun ((fol.43 r.) tibus videri. Et dixit iudeus: "Domine, Daniel propheta dixit de M. CCLXXXX², quomodo intellegitis ea?--

-Respondit Ignetus: Iam dixistis alia die Danielelem non esse Prophetam. Postquam ipsum prophetam non tenetis nolo vobis respondere.

Et dixit iudeus: Sic facimus. Sed pro Deo dicite mihi intencionem vestram. Ignetus respondit: Daniel in illo loco loquitur, capitulo XII^o de illo Messia quem creintes expectant qui veniet contra sancta sanctorum et ipsum regnaturum ponit tempus et tempora et dimidium temporis, quoniam sunt anni tres et dimidium, et complentur anni III, scilicet in diebus M, CCLXXXX. et reliqua exponendo ~~frux~~ sicut exposui illi qui baptizatus fuit.

Et dixit iudeus: Bene credo ita esse, et bene apparet quod ita esse debeat, et dico vobis quod infra tempus de M CCLXXXX non erit et cum scio quid faciam per unum tempus esse non sunt nisi anni ~~XXXXX~~ IIII^o

Dixit Ignetus: ei:--'O Magister, tempus convertendi habetis, sed securitatem Domini vivendi non habetis. Unde non tardetis ad accipiendum baptismum quia estas est et bonum est baptizari, et salvabitur anima tua.

Respondit ipse et dixit: Bene erimus concordēs in parvo tempore.

Dixit ei Ignetus: "Amor filiorum, et cupiditas usure et peccatum illum maledictum vos tenet. Utinam haberetis in translatus Apocalipsi et invenietis ea que queritis, quia Apocalipsis loquitur de tempore et temporibus et dimedio temporis. Et similiter de visione quatuor animalium sicut in Ezechiele propheta invenitur capitulo primo.

Et dixit Magister: Libenter velle ipsum habere in hebrayco.

Dixit Ignetus: "Fortis gramatica esse oporteret habere qui bene sciret gramaticam et ebrayca. Deus det vobis gratiam bene faciendi, et animam possit salvare et mihi similiter esse de sua sancta voluntate, amen./

(Fol.43 v.) Et ideo non timeatis quia Deus non derelinquit vos neque aliquem iustum quoniam ipse scit quod est vobis necesse. David dixit: qui dat nimentis escam ipsorum, et pullis corvorum invocantibus eum et alibi iunior sui etenim senui et non vidi iustum derelictum nec semen eius querens panem

Contigit autem quendam ~~sapientissimum~~ iudei ~~venisse~~ Maioricam in diebus illis et dixerunt ei alii iudei quod acciderat eis et sicut ille eorum Magister conversus baptizatus erat per unum mercatorem ignuensem, et

(1) Alude a la aspersion con agua fria, en verano nada desagradable

et quod non erat in Maiorica aliquis iudeus qui posset resistere ei in lege. Et dixit ~~illis~~ eis: Veniat ad me, et sic cum eo ille qui baptizatus est et videamus quomodo erit inter me et ipsos. [Quo audito gavisissimi fuerunt iudei putantes Ignatum non posse resistere ei. Et venerunt quidam iudei ad Ignatum dicentes: Adest iudeus qui ^{iudicabit} mandavit nobis, et qui faciet vos stare confusum. Et si vultis ducamus eum ad domum vestram. Respondit Ignatus: Gaudeo si sapiens est quia cum insipientibus nolo conflictum habere quia esset sicut qui seminaret fabas in muro et frumentum in littus maris, quia nec orirentur nec fenum nec fructum producerent. Sed si sapiens hic est bene veneritis.

Ait Ignatus: O Iudee; ubi vultis eamus: Et respondit iudeus: ad domum vestram et ducatis vobiscum illum baptizatum.

Et sic insimul Ignatus et Philippus cum eo et cum aliquantibus iudeis invenerunt. Et cepit dicere iudeus: Et miror de vobis christianis qui ydola et simulacra facitis et adoratis que nec sentiunt nec audiunt et agitis contra Deum. Et hoc testatur David dicens: Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis. / (Fol. 44 r.) Respondit Ignatus: Ego non video nec cognosco aliquem christianum ydola facere seu simulacra neque ipsa adorare. -Dixit iudeus: -Quomodo hoc dicere potestis? Nonne ecclesie vere ydolis et simulacris tote plene sunt, et ipsis luminaria facitis et ea adoratis. Respondit Ignatus: -Non adoramus ydola neque ymagines sed adoramus Deum celi Patrem et Unigenitum Filium eius Domini nostri Iesu Christi qui se cum Spiritu Sancto unanimiter vivit et regnat in secula seculorum. Et has ymagines quas vos videtis in oculis nostris non adoramus, sed Sancta mater Ecclesia in modum speculi ipsis ponit ut eas videntes oculi corporales videant oculi cordis et recordentur de passione Christi qui passus fuit pro salute nostra et redemptione humani generis, sicut prophete testantur capitulo LIII^o et specialiter Isaias qui dixit: Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras et territus est propter scelera nostra, disciplina pacis super eum et livore eius sanati sumus, ⁽¹⁾ et alii multi prophete de hoc locuti fuerunt. Sed bene dico vobis quod si haberem crucem seu ymaginem aliquam ligneam et non haberem ~~aliquam ligneam~~ ^{XXXXXXXXXXXX} aliquam ligneam

xxx de quo possem calefacere aquam fratri meo christiano seu aliquo amico meo iudeo si infirmaretur ego ipsam ymaginem et crucem et ignem ponerem et comburerem, tamen bene debemus habere in reverentiam ymaginem Christi et Beate Marie vel alicuius sancti, postquam regalis ymago seu alicuius domini terre

in reverenciam habentur, quia vos videtis denarium et ^{qui} quod percuteret ymaginem regis in denario sculptam, et sciretur a curialibus graviter puniretur. Unde, o iudee, non credatis christianos ydola neque ymagines alias adorare nisi tantum ad honorem et memoriam Dei seu alicuius / (Fol. 44v.) sancti in cuius specie ymago sit facta et hoc tam bene scitis vos iudei sicut et ego. Sed hec est vobis una inanis scusa et ~~quando~~ hoc dicitis terra vos cooperiamini quem repertorium aliquid non facit.

Dixit iudeus: - Quomodo ergo facitis tres Deos: Patrem et Filium et Spiritum Sanctum? et ubi hoc invenitur quod tres D^{ei} sunt?.

Respondit Ignetus: - Nos non facimus tres deos nec invenitur tres deos esse nec sunt et Sancta Mater Ecclesia prohibet ne faciamus nec dicamus tres esse deos nisi tamen unum Deum qui est trinum in personis et in deitate unus, et hoc bene ostendam tibi, ^{videlicet} ~~et~~ in primo libro Genesis capitulo primo In principio quoniam Deus creavit celum et terram, et dixit faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram. In hoc loco Deus ostendit quod sunt plures in personis quoniam dixit faciamus quia hic in plurali loquitur.

Et dixit iudeus: Angelis locutus fuit Deus ^{quando} ~~quoniam~~ hoc dixit.

Respondit Ignetus: - Quomodo ergo angeli fuerunt factores hominis, per Deum vivum contra vos dixistis et blasphemum magnum, nonne angeli creature sunt Dei?, sicut David dixit: quid facis angelos tuos spiritus et ministros tuos ignem urentem. Et alibi ipse dixit: et facta sunt, ipse mandavit et creata sunt. Et quando Deus dixit ad ymaginem et similitudinem nostram dixit ad ymaginem anima quia anima ymago Dei est Patris et Spiritus Sancti et corpus ad similitudinem Filii quia accepturus erat humanam carnem. Et hoc David aperte dixit ostendens Patrem et Filium in eo quod dixit: ipse invocavit me Pater meus es tu, Deus meus et susceptor salutis mee, et ego primogenitum meum ponam illum excelsum pro regibus terre. Et alibi semel locutus est Deus duo hec audivi quia potestas Dei esse et tibi Domine ^{iusticia} ~~maxima~~ quia tu reddes / (Fol. 45 r.) unicuique iuxta opera sua. Videte ergo si Propheta aperte et clare ostendit Patrem et Filium et Spiritum Sanctum quoniam in persona Patris loquitur in tertia persona scilicet potestas Dei esse in personis Filii et Spiritus Sancti loquitur in secunda et tertia persona scilicet ~~xxxxxx~~ ^{iusticia} ~~nomina~~, quia tu reddes unicuique iuxta opera sua. Nam verbo Dei cum erat in corde Patris non cognoscebatur nisi a Patre tamen. Sed indutus carne tunc manifestum est nobis et post hoc in terris visus est et cum omnibus conversatus est. Et hoc extraneum

patet in rebus sensibilibus; de Verbo quod a nobis profertur licet enim Verbum prolatum et occultum a nobis cognoscatur per auditum, tamen non videtur nec tangitur, et cum scribitur in carta tunc videri et tangi potest. Et illud verbum Dei visibile et intelligibile factum est cum in carne nostra fuit quasi scriptum. Et scire debetis quod sicut anima rationalis et caro unus est homo ~~XXXXXX~~ ita Deus et homo unus est Christus. Et ego dico vobis quod in terra ostendam vobis Trinitatem. Videte ficulneam habentem folia et fructum et lignum, hec tria sunt et una arbor nam non sunt tres arbores. Et inter celum et terram ostendam Trinitatem. Videte solem habentem radium calorem et nunc videre potestis, respicite et videte, Nonne videtis radios solis et calorem sentitis, et ipse sol in celo est?, et in terra est claritas, et calor et hec nonne ^{sive} tria sunt, et iam non sunt ~~trés~~ soles? Scilicet unus tamen esse sol et vere tria sunt quia alia est solis proprietas, alia claritas, et alia caloris. Et sicut claritas illuminat terram, sic sola persona Filii accepit carnem et si quis percutit terram claritatem percutere non potest claritatem percutere non potest sicut fecerunt patres vestri, o iudee qui crucifixerunt Yhesum Christum putantes / (Fol.45v.) immortalem mortificare quoniam deitas non ^{passa} ~~sunt~~ sicut quam fodit terram solem fodere non potest, et semper sol in sua virtute consistit et ~~verberata~~ ~~XXXXXX~~ elevato baculo de terra sive fossario claritas in terra fossa et verberata revertitur, ita Filius Dei Dominus noster Yhesus Christus mortuo corpore et sepulto tertia die resurrexit. Et post quadraginta dies in celum ascendit ad Patrem et vivit et regnat cum Deo Patre et Spiritum Sancto in unitate in secula seculorum. Namque Spiritus Sanctus ex Patre et Filio procedat ostendam vobis quia non videntes solem et claritatem eius et sentiunt calorem et si vultis dicere ceci non vident solem neque claritatem et calorem sentiunt; in hoc ego respondebo vobis: Ipsi licet non videant tamen tangunt, et ipso calore sentiunt quia sicut anima tangitur non videtur ita Spiritus Sanctus tangitur et non videtur; ~~quoniam~~ sine gracia Spiritus Sancti nemo vivere posset. Et sicut terra que non videt solem et a claritate eius non illuminatur fructum non portat, et sterilis est ita qui non credit in Patrem et Filium non salvabitur et gaudia vite eterne amittet quoniam Spiritus Sancti gracia abest cum eo, sicut terra que solem non videt et claritatem eius non illuminatur calorem non sentit et frigida stans fructum nullum neque lignum affert quoniam calefacta non est. Sed et vos iudei qui non creditis in Patrem et Filium et Spiritum Sanctum non potestis salvari. Quapropter consulo vobis quod de Trinitate sentiatis et sic fru-

tum facietis id est ad celestia gaudia perveniatis. Et tunc Philippus hebraice fuit ei ostendens ^{et} trinitatem per prophetam dictam. Et dixit ei Ighnetus: Latine loquamini ut ~~vos~~ intelligam et possim vobis / (Fol. 46r.) ~~respondere~~ respondere. Et dixit Philippus: -Tacete domine quia bene dicam vobis quid ei dixi Ysaias propheta capitulo VI^o in visione quam vidit de angelis, clamabant alter alterum et dicebant "Sanctus, anctus, anctus Dominus Deus exercituum, plena est terra omnis gloria eius" unde scire volo ab eo cui dicebatur Snctus, sanctus, sanctus tribus vicibus et Dominus Deus semel trium non aliter debet intelligi nisi Sanctus Pater, Sanctus Filius, Sanctus Spiritus Sanctus et hec tres persone faciunt unum Deum, quoniam si Deus solus esset in persona angeli ita ^{bene} clamassent Dominus Deus, Dominus Deus, Dominus Deus tribus vicibus sic clamabant Sanctus, Sanctus, Sanctus t tribus vicibus, et hoc apertum est et negare non potestis.

Et dixit tunc Ighnetus: Iudeo, audistis Philippum qui novus miles est Christi, defendite vos ab eo et si bene facere velletis, quod ~~idem~~ fecit *ipse* et vos facietis.

Dixit iudeus: + Ysaias propheta dixit capitulo LXI^o Spiritus Domini super me eo quod vinxerit me ad annunciandum mansuetis misit me, et mederer contritos corde. (1)

Ighnetus respondit: Prout credo christianos ostis corde quoniam quem ego putabam dicere vobis vos mihi dixistis hoc totum dixit propheta in persona Christi quia sequitur et predicarem captivis indulgenciam, et clausit aparicionem.

(1) 4611
Dixit iudeus: hoc totum dicit Ysaias populo judeorum quoniam erat in captivitate Babilonis quia sicut scitis in diebus illis prophetavit Ysaias. Verum est, respondit Ighnetus, sed ipse in fine dixit: "et instaurabuntur civitates desertas et discipatas in generatione et generacionem quomodo ergo instaurate sunt civitates vestre? ymo sunt destructe et discipate, et vos exules per universum mundum estis. Hoc totum contrarium est de hoc quod Propheta dixit, et ipso in Christo Yhesu intelligere debetis.

Dixit / (Fol. 46v.) iudeus: -Magistri nostri et sapientes doctores nostri glosaverunt sicut dixi et eis credendum est.

Respondit Ighnetus: -Cui melius credendum esse an magistris vestris an prophete.

Dixit iudeus: -Magistris quia ipsi postea fuerunt et viderunt que transita erant, et sciebant que esset veritas.

Dixit Ighnetus: -Nescitis quod dicatis quoniam p^rophete credendum

esse et non magistris, et hoc stabo in sententia iudeorum vestrorum et vocaverunt magistros iudeorum et narraverunt eis causam. Et dixerunt Iudei quod prophete recedendum erat et non glose.

Et dixit Ignetus: -Ego ostendam vobis passionem Christi aperte per David in XXI^o psalmo, qui incipit "Deus, Deus meus ut cur derelinquisti me" et in Ysaia capitulo LIII qui incipit "Quis credit ^{di} auditum nostrum, et brachium Domini cur ^{di} revelatum esse et ascendet sicut ^{di} unguentum ^{virgulum} coram eo, et sicut radix de terra sicienti non est spes ei nec de cor et vidimus eum et non erat aspectus, et desideravimus eum despectum in novissimum virorum virum dolorem et ~~sc~~scientem infirmitatem et quasi absconditus vultus eius et despectus. Unde nec reputamus eum. Vere langores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portavit. Et nos putavimus eum quasi leprosum et percussum ~~adeo~~, et hunc ^{humiliatum} ~~die tamen~~ ipse, autem, vulneratus est propter ^{propter iniquitatem nostram et abitus est propter} scelera nostra, disciplina patis nostre super eum, et livore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oves erratici, unusquisque in viam suam declinavit. Et Dominus posuit in eo iniquitatem omnium ^{nostrum} mundum. Oblatus esse quia ipse voluit et non aperuit os suum, et sicut ovis ad occisionem ducta est, et quasi agnus coram tondente se obmutescit et non aperiet os suum; de angustia et de iudicio sublatus est, generacionem / (Fol. 47 r.) eius quis enarrabit? quasi dicat nullus quia Deus qui abscessus est de terra vivencium propter scelera populi mei percussi eum et dabit impios pro sepultura, et diviges pro morte sua eo quod iniquitatem non fecerit neque dolus fuerit in ore eius, Et Dominus voluit conterre eum in infirmitatem si posuerat animam suam pro peccato; videbit semen longevum et voluntas Domini in manu eius dirigetur pro eo quod laboravit anima eius videbit et saturabit in sciencia sua. Ipse iustus iustificabitur sed vos meos multos et iniquitates eorum ipse portabit. Ideo dispergam ei plurimos et forcium dividetur spolia pro eo quod tradidit in mortem animam suam et cum sceleratis reputatus est, et ipse peccatum multorum tulit et pro transgressoribus rogavit ⁽³⁾ ut non perirentur. Unde, o iudei dicite hec, et ^{ite} ~~ite~~ ad domum vestram, et querite libros vestros et invenietis passionem Yhesu Christi filii Dei vivi et in hoc causam non potestis invenire nec contradicere quod hoc totum non fuerit impletum in Domino Yhesu Christo.

Nichil, autem, iudeus respondit ad hec, sed dixit, ego veniam cum libris meis et apportabo librum Danielis prophete, sed habeamus locum in quo tanta gens accedere non possit.

Ignetus dixit: Domum vacuum habemus in qua non intrabit aliquis nisi vos

(1) Salm. 21, 1, no signe a Vulgate

(3) L. 53 1-12

(1) Salm. 21, 1, no signe a Vulgate

cum sociis vestris et ego solus. Sed dicatis michi si habetis Danielelem
sicut prophetam.

Respondit iudeus: -Ita, et eciam si dici posset plusquam prophetam
in sanctitate et iusticia.

Dixit Ingetus: -Et ego dico vobis quod iudei vestri doctores istius
terre dixerunt Danielelem non esse prophetam, quo audito recessit et amplius
ad conflictum noluit venire.

Laus Deo, pax vivis, requies atque defunctis. Amen.

Expleta disputacio Ingeti fuit per Gabrielem de Grassis .

Tira del texto manuscrito

Es una parte que esta polémica de Ingetus 7 en edic de Venecia

de un vto ms de ms lat 1074 de la Vaticana

*reproducción de la edición de Venecia
1633, 1677,
1799*

*interés de tal polémica por el estilo vivo, espontáneo, con el 1263
relacion con Lull?*